

*ibid. eod. Lib. et cap. sub Agathiae quidem nomine invenias, sed annexo Scholastici cognomento.*

*Eis ἐκόνα ἀρσόπου. τοῦ ἀντοῦ.* Ejusdem in imaginem Aesopi. Octastichon tali principio: *Εὗγε ποιῶ λύσισπε.* *Ibidem, eod. Lib. et cap.*

*Eis διογένη ἀντιφίλου θυζαντίου.* Antiphili Byzantii in Diogenem (*Cynicum*). Decastichon, quod *ibid. eod. Lib. et cap.* occurrit, sed in duo Epigrammata divisum. Horum prius distichum ab his incipit verbis: *H*πέρη χλάμα; posterius vero tetrastichum, ab his: *Γηράσκει χαλκὸς.* Utrumque ibi *Antiphilo* adscribitur.

133. *Eis ἀνδριάντα θυσέως χαλκοθειού ταύρου.* In statuam Thesei ac tauri Marathonii. Octastichon hoc præferens initium: *Θῶμα τέχνης ταύρου.* Id extat in *Anthologia, Lib. IV. cap. 8.* ac supra in hujus *MS. Cod. fol. 130. averso.*

*Eis ἀνδριάντα καπανέως.* In statuam Capanei. Tetrastichon incipiens: *Ei ποιῶ θύεις,* quod in *Anthologia, eodem Lib. et cap.* reperias.

*Eis Ιχαρεγν.* *Ιουλιανοῦ.* Juliani in Icarum. Tetrastichon, cuius hoc initium: *Ιχαρε χαλκὸς.* *Ibid. eod. Lib. et cap.* legitur ita inscriptum: *Eis Ιχαρε χαλκοῦ σὺ λουτρῷ.* Id est: *In Icarum areum in Balneo stantem.*

*Τοῦ ἀντοῦ εἰς τὸν ἀντόν.* Ejusdem in eundem. Tetrastichon alterum tali principio: *Ιχαρε χαλκὸς ἐών.* *Ibid. eod. Lib. et cap.*

*Eis ιωπόλυτον διαλεγόμενον τῇ τροφῷ τῆς φαῖδρας ἄγαθίου.* Agathiae in Hippolytum cum Phædræ nutrice colloquentem. Tetrastichon ita incipiens: *Ιωπόλυτης τῆς γηνὸς.* *Ibid. eod. Lib. et cap.* Agathiae nomini adjuncto *Scholastici cognomento.*

*Eod. averso.* *Eis ἐκόνα φιλοκτήτου.* γλαύκον. Glauci in imaginem Philocteti. Tetrastichon his primis verbis: *Καὶ τὸν ἀπὸ τηνῆς Χίους.* *Ibid. eod. Lib. et cap.*

*Eis τὸν ἀντόν.* In eundem. Tetrastichon hoc initio: *Εχθρὸς* (leg. ut in excusis, *Εχθρὸς*) *ντεὶς δαραοὺς.* *Ibid. eod. Lib. et cap.* *Glauco,* pariter atque in Msto, subjectum.

*Eis τὸν ἀντόν.* *Ιουλιανοῦ.* Juliani in eundem. Octastichon prima præferens verba: *Οἶδα φιλοκτήτην.* *Ibid. eod. Lib. et cap.* ad Juliani nomen accidente *Ægyptii* gentili nomine.

*Eis πύρρον μέλλοντα σφάξαι τὴν πολυζένην.* In Pyrrhum Polyxenam jugulaturum. Distichon incipiens: *Πύρρος ἐγὼ στένω.* *Ibid.*

*eodem Lib. et cap. Cosmæ Mechanico adscriptum.*

*Eis χείρωνα ιωποκενταύρου.* In Chironem Hippocentaurum. Versus hexametri quinque, quorum priores tres seorsum ut Monosticha se habent; posteriores duo in Distichon coalescunt. Primus incipit: *Αὐδρόθεν ἐκκίχθει;* Secundus: *Αὐτὴν νόσφι ποδῶν;* Tertius: *Ιωπός ἐρεύγεται,* quos omnes *ibid. eod. Lib. et cap.* reperias. Distichon autem, *Chironis* epitaphium complectens, est hujusmodi:

*Ιωπός ἐν ἀκάρπνος, ἀνὴρ δ' ἀτέλεος ἔκειτο,  
Οὐ γε φύσις παιζοντα θυμῷ στενέπεισεν οὐταπά.*

Quod etiam per ludum et Latinis, et Hispanis versibus libuit interpretari:

*Hic Equus est cervice carens, Homo corpore truncus,  
Quem Natura jocans generi commisit Equino.*

Aliter.

*Hic Equus est superoris, imis homo partibus expers,  
Quem Natura jocans consociavit Equo.*

\*\*\*

*Un Caballo sin cabeza,  
Y un Hombre está aquí no entero,  
Que quiso juntar por mero  
Jugueté Naturaleza.*

Tria superius memorata Monosticha, perinde ac Distichon quod in *Anthologia* adscribitur *Euodo*, invenias *ibidem, Lib. et cap.* proxime citato.

134. *Eis κυναγειρην.* *κορυνλίου.* Cornelii in Cynægirum. Tetrastichon hoc initio: *Οὐ σε μάκαρ κυνέγειρε.* *Ibid. eod. Lib. et cap.*

*Eis τὸν ἀντόν.* *παύλου.* Pauli in eundem. Octastichon his primis verbis: *Μηδόφονος μὲν χείρας,* quod *ibid. eod. Lib. et cap.* occurrit, ad *Pauli* nomen adjuncto *Silentiaris* cognomine.

*Eis τὴν ἀλεξάνδρου τοῦ μακεδόνος ποσειδίαν.* Posidippi in columnam Alexandri Macedonis. Tetrastichon, cuius initium: *Λύσισπε φράσα.* *Ibid. eod. Lib. et cap.*

*Eis τὸν ἀντόν.* *ἀρχελάου.* Archelai in eundem. Tetrastichon, cuius prima verba: *Τόλμαν ἀλεξάνδρου,* quod *ibid. eod. Lib. et cap.* occurrit *Archelao*, vel *Asclepiadi* attributum.

*Eis τὸν ἀντόν.* In eundem. Tetrastichon incipiens: *Αὐτὸν ἀλεξανδρὸν.* *Ibid. eod. Lib. et cap.* ubi *ἀδηλόν,* perinde ac in Codice nostro Msto, legas.

*Eis τὸν ἀντόν.* In eundem. Tetrastichon hexametrum tali principio: *Τοῦτην ἀλεξανδρὸν μεγαλίτην,* quod *ibid. eod. Lib. et cap.*

extat ἄδηλον pariter atque in nostro Co-  
dice.

Eis τὸν μυόπανερ. In Minotaurum. Pen-  
tastichon iambicum hoc initio: Ο πᾶς δὲ  
ταῦτα, quod *ibidem*, eod. Lib. et cap. ἄδηλον  
quoque reperias.

Eis Ορέστην. In Orestem. Hexastichon ita  
incipiens: Τις τὸν θρῖνκα. Occurrit *ibid. eod.*  
*Lib.* et *cap.* etiam ἄδηλον. Malè in Msto *In*  
*Orestem* inscribitur, cùm inscribendum es-  
set *In Licurgum*, ut in excusis legitur.

Eis ιφιγένειαν. In Iphigeniam. Tetrastichon  
prima præferens verba: Μαινεται ιφιγένεια.  
*Ibid. eod. Lib.* et *cap.* ubi ἄδηλον pariter ex-  
hibetur.

Eis ηρωΐδας. εἰς ἄγαλμα νιός. In Heroidas.  
In statuam Niobes. Distichon hoc initio:  
Ἐξ ζωῆς μεθεοί. Inest *ibid. eod. Lib. cap. 9.*

Laudatissimum hoc Epigramma, quod  
ego totius Græci Florilegii Florem longè  
pulcherrimum judico, plures quidem optimi  
amoeniorum Litterarum cultores in  
hortos Latii transferendum certatim cura-  
vere. Ipse etiam memini me ante annos  
plus triginta idem Latino Disticho dona-  
re, quod hīc Græco subjicitur:

Ἐξ ζωῆς μεθεοί πεντάχορον οὐδὲ λίθοιο  
Ζωὴν Περγάτελν ἔμπαλιν ἀργάσαπ.

'Me saxum è vivâ fecit vindicta Deorum;  
Me vivam è saxo dextera Praxitelis.

Nunc verò, dum opus retracto, dum  
typis materiem paro, idem Epigramma ali-  
ter vertendum aggressus, quatuor, quæ  
sequuntur, Disticha excudi, si fortè unum  
inter plura tolerabile saltem inveniatur.

'Me lapidem è vivâ fecerunt Numinæ; rursus  
Praxiteles vivam me facit è lapide.

'Me quondam è vivâ fecerunt Numinæ saxum;  
At vivam è saxo postmodò Praxiteles.

'Per saxum jussere mori me Numinæ quondam;  
Nunc jubet in saxo vivere Praxiteles.

'Occidi ab iratis, facta olim saxeæ, Divis;  
Praxitelis, non jam saxeæ, vivo manu.

Hispanam etiam interpretationem (quod  
operiosus) tentavi hoc Tetrasticho perinde  
ac Pentasticho:

De los Dioses perseguida,  
En la piedra hallé la muerte;

*Por Praxiteles mi suerte*  
*Halla en la piedra la vida.*

Por los Dioses perseguida,  
En la piedra hallé la muerte;  
Pero ya logro, esculpida  
Por Praxiteles, la suerte  
De hallar en la piedra vida.

At unius Epigrammati interpretationi-  
bus indulgenti, ac diutulè immoranti de-  
tur venia; quandoquidem doctissimi viri  
bene multi, Ausonius videlicet, ac Thomas  
Morus, Alciatus, Scaliger uterque, Henricus  
Stephanus, Franciscus Vavassor, aliquie ad  
hunc Niobes lapidem, tanquam ad caudem,  
ingeniorum aciem perlubenter exacuerunt.

Eis τὸν αὐτὸν. Juliani in ean-  
dem. Tetrastichon tali principio: Δυτήν  
νιός. *Ibid. eod. Lib. et cap.*

Αντιπάτεον. Antipatri (in eandem). De-  
castichon incipiens: Ταρταλίς ἀδέποχ'. *Ibid.*  
*eod. Lib. et cap.*

135. Θεοδορίδην. Theodoridæ (in ean-  
dem). Octastichon his primis verbis: Στάπι  
(in excusis Στάπι) πελας δάρκυσσον. *Ibid.*  
*eod. Lib. et cap.*

Αντιπάτεον. Antipatri (in eandem). De-  
castichon hæc prima præferens verba: Τίπη-  
τη γύναι. *Ibid. eod. Lib. et cap.*

Μελεάχηον. Meleagri (in eandem). Dode-  
castichon hoc initio: Ταρταλί πᾶς νίσσα. *Ibid.*  
*eod. Lib. et cap.*

Eod. averso. Eis ἐκόνα μηδείας εν ρώμη. In  
imaginem Medeæ, quæ Romæ visitur. Te-  
trastichon tale habens initium: Τέχνη πη-  
μοράχου, quod *ibid. eod. Lib. et cap.* repe-  
rias, perinde ut hīc, ἄδηλον.

Αντιφίλου Κυζαντίου. Antiphili Byzantii (in  
eandem). Octastichon incipiens: Τὰς ὄλοδας  
μηδείαν. *Ibid. eod. Lib. et cap.*

Hexastichon expers tituli, in ejusdem  
scilicet Medeæ imaginem. Hexastichon ta-  
li principio: Τις σου κολις. Occurrit *ibid. eod.*  
*Lib. et cap.* adscriptum *Philippo.*

Ἄδεαστον. Sine Auctoris nomine (in ean-  
dem). Hexastichon his primis verbis: Δεῦρ  
ἴδε παυδολέπειραν, quod *ibid. eod. Lib. et cap.*  
ἀδεαστον pariter invenias.

Ιουλιανὸν. Juliani (in eandem). Tetrasti-  
chon hoc initio: Τιμόμαχος μηδείαν, quod  
*ibid. eod. Lib. cap. 10.* occurrit, addito ad  
Julianum patrio Αἴγυπτοι nomine.

Ἄδηλον. Incerti Auctoris (in eandem). He-  
xastichon incipiens: Δεῦρ ἴδε γέ θάμβους.  
Extat

Extat *ibidem*, eodem Lib. et cap. similiter  
ἀδηλον.

Φιλίσπου. Philippi (in eandem). Tetra-  
stichon tale præferens initium: Κολχίδα τὴν  
ἐπὶ παιστὶν. Hoc Epigramma *ibid.* eod. Lib. et  
cap. legas, sed binis in fine versibus au-  
ctius quam in Codice Msto.

In hoc demum Tetrasticho finem habet  
Epigrammatum Collectio Constantini La-  
scaris perinde studio elaborata, ut calamo  
descripta. Horum numerus, si *Callimachi*  
accenseas Epigrammata seorsum posita, in  
summam CCCC. LXXX. excrescit. Au-  
ctorum verò Nomina, ex quibus deprom-  
pta, quosque ipse *Lascaris* disertè appellat,  
hæc sunt secundùm litterarum ordinem di-  
gesta:

*Agathias Scholasticus.*

*Alceaus nudè.*

*Alceaus Messenius.*

*Alpheus Mitylenæus.*

*Anacreon.*

*Antipater nudè.*

*Antipater Sidonius.*

*Antipater Thessalus.*

*Antiphilus nudè.*

*Antiphilus Byzantius.*

*Anyte (Poetria Lyrica).*

*Arabius Scholasticus.*

*Archelaus.*

*Archias.*

*Aristoteles.*

*Asclepiades.*

*Athenæus Ἐπιγράμματον, sive Epigramma-  
tarius.*

*Bacchylides.*

*Bianor.*

*Bisantinus.*

*Callimachus.*

*Cornelius.*

*Crates Philosophus.*

*Crinagoras, aliás Clinagoras.*

*Damagetus.*

*Democharis.*

*Diodorus.*

*Diogenes nudè.*

*Diogenes Laertius.*

*Dionysius.*

*Dioscorides.*

*Ercius, in excisis Erycius.*

*Erinna (Poetria Lyrica).*

*Gallus.*

*Geminus.*

*Germanicus (Cæsar).*

*Glaucus.*

*Hermocreon.*

*Joannes (Poeta Barbucallus).*

*Ion.*

*Julianus.*

*Leo Philosophus (Imperator).*

*Leonides.*

*Leontius (Scholasticus).*

*Lucianus.*

*Lucilius.*

*Macedonius Τπατες (nempe Consul).*

*Meleager.*

*Menecrates.*

*Municius (in Anthologia, Lib. I. cap. 7. Mus-  
sicius).*

*Palladas.*

*Parmenio Macedo.*

*Paulus (Silentarius).*

*Philippus.*

*Philo.*

*Philostratus.*

*Pinytus.*

*Plato nudè (fortè *Vetustior*).*

*Plato Junior.*

*Posidippus, non Podisippus, ut mendosè  
apud Fabricium in Poetarum Catalogo  
superiùs laudato, *Biblioth. Græca Vol. III.*  
pag. 724.*

*Sappho.*

*Simonides.*

*Solon Atheniensis Legislator.*

*Speusippus (Philosophus).*

*Theocritus nudè.*

*Theocritus Chius.*

*Theodorides.*

*Thomas (Scholasticus).*

*Tullius Laurea.*

*Tzetzes (fortè *Joannes*, cuius nulla in An-  
thologiâ fit mentio).*

*Zenodotus Stoicus.*

Præter Auctorum, quos hactenus diximus, Epigrammata, multa in hac Collec-  
tione memorantur vel *Ἄδηλα*, vel *Ἄδε-  
ωτα*; multa etiam sine ullâ hujusmodi  
Notâ referuntur, quorum certus Auctor  
in allegatâ toties *Anthologiâ* ejusque *Ap-  
pendice* designatur. Jam verò in his recen-  
sendis quid à nobis præstitum sit, quid  
scitu, quid notatu dignum occurrerit, ex-  
pediamus.

Singula Collectionis hujus Epigramma-  
ta diligenter contulimus cum *Anthologiæ*  
Epigrammatis, quæ *Brodæi* et *Obsopæi* an-  
notationibus, Græcisque Scholiis illustra-  
ta prodiit *Francofurti* ex officinâ *Wechelia-*  
*nâ* An. MDC. in folio. Ex iis etiam omnia  
ad

ad Philosophos spectantia cum illis conserue ferre studuimus, quæ apud *Laertium* extant, *Wetstenianis* typis An. MDCLXXXII. evulgatum.

Codicis nostri Mstii nonnulla vel nomen Auctoris, vel lemma, sive titulum ab eo diversum præferunt, quem in laudatâ modo *Anthologiâ* reperias. Multa minùs plenè alterutrum exprimunt, quâm in illâ exprimitur: multa verò tacent, non pauca utrumque prætermittunt; quanquam non desunt aliquot sive alterutrum, sive utrumque pleniùs exhibentia, quâm ibidem exhibetur.

Frequentissimè accedit, ut plura unius Auctoris Epigrammata velut in unum coeant, quæ in eâdem *Anthologiâ* in plura distribuuntur, v. g. quod in Exemplari Mstii continuum est, nullâque interpositâ discriminis Notâ, unum videtur Octastichon, in excuso dividitur in Tetrasticha duo; et aliquando unum Epigramma quadripartitum est. Non semel etiam sub unius Auctoris nomine multa confluunt, tanquam ejusdem, quorum pars secundum excusam *Anthologiam* ad alium pertinet. Hoc autem loco id etiam atque etiam admonendum occurrit, non omnia Epigrammata, quæ in illâ unius Auctoris nomini subjecta videas, statim esse ipsi adscribenda, nisi accedat lemma τοῦ ἀντοῦ: quod *Laertiani Tetrastichi* exemplo superiùs pag. 99. comprobavimus.

Quædam in Mstii nomen Auctoris præbent, quæ in excusis anonyma referuntur; et vice versa.

Variantes aliquot Lectiones indicavimus; non enim *Commentarius* à nobis instituitur, sed *Catalogus*.

*Constantini Lascaris* Notas hinc, illinc sparsas, suis locis, claritatis gratiâ, curavimus repræsentandas.

In his MSS. Epigrammatibus occurunt septem et viginti, quæ cum in *Anthologiâ* ejusque *Appendice* superiùs allegatâ omnino desiderentur, nobisque inedita visa sint, huic Catalogo inserenda ac publicâ luce donanda censuimus.

Omnia denique in hujus Epigrammatariorum Συλλογῆς recensione à nobis pro virili curata sunt atque elaborata, quæ conducere aliquatenus valeant novae *Anthologiae* Editioni, quam nonnulli confidentius promiserunt; omnes verò avidissimè cupiunt. Quo quidem opere, si non leviter, *Mer-*

*curio* duce, tractetur, sed accurate, auspice *Minervâ*, elucubretur, quid optari potest vel ad politioris Humanitatis cultum, vel ad Antiquitatis reconditoris notitiam, vel ad omnigenæ Eruditionis cumulum opportunius? quod demum ornandæ Reipublicæ Litterariæ surgat altius, splendidius, perennius monumentum?

Siquis autem causam sciscitetur, cur hanc operis partem et Latinis, et Hispanis versibus consperserim: temperare nullatus potui, quin è Græco verterem aliquot Epigrammata, ob sententiarum sive majestatem, sive leporem, ob acumen singulare, concinnam brevitatem interpretatione dignissima; hoc enim interpretationum genere fateor me semper non mediocriter esse delectatum: unde *Martialis* lectissima quæque carmina Hispanis à me versibus expressa sunt, quæ publicâ olim luce, Deo juvante, donabuntur. Libuit prætereà ejusmodi versus passim intersetere cùm ad Lectorem jejuni *Catalogi* tædio affectum paulisper recreandum, tūm ad laborem nostrum identidem canendo decipiendum.

Facto itaque de Epigrammatis disserendi fine, aliò pergerè institueram, cum ecce à viâ me revocat aliud, non *chartæ*, sed *lapidi* mandatum Epigramma, præcipua Regii *Matritensis* Cimeliarchii voluptas et ornamentum.

Is autem Lapis, quem aureus circulus filatim granatiisque subtilissimè elaboratus (non leve pretii argumentum) complectitur, est *Achates Orientalis*, nigerrimi coloris, ovi penè formâ et magnitudine, sed planâ. In ejus adversa parte extat opere anaglyptico, statu obliquo, atque uberiori tenus imago muliebris, Fœmina scilicet ætatis mediæ, eximiâ facie, habitu corporis præstanti, prope nuda, ut pectus et mamilla dexterior pateat; cui caput multiplici comarum nexu quâm scitissimè ornatum, unde dextram proximè auriculam pendet latior quasi vitta in rugas, more flabelli non omnino expansi, complicata. In aversa verò parte inscriptum est Epigramma litteris eminentibus, candidisque, ex alio nimirum lapide, in speciem quidem insculptis, re verâ affabré annexis. Litterarum, quibus expressum est, forma grandior, eademque vetustior; ipsum verò distichum, sed propter lapidis angustias in versus quinque distributum. Distric-

ctiones omni spiritu , accentu , interpunctione , interstitio destitutæ , nisi quod Hexametrum à Pentametro disternat flosculus . Totum porrò Epigramma ita se in gemmâ , quantum per typos fieri licuit , spectandum præbet .

E I M E Φ I A L O U N T A  
Φ I L E I C Δ I C C H X A P I C  
Ε I Δ E M E M E I C E I C \*  
Τ O C C O N M E I C H Θ E I H C  
O C C O N E Γ Ω C E Φ I L Ω

Quò veò manifestiùs pateat , idem minutis litteris , bipartitum , suisque interstiiis distinctum , addito spirituum , accentuum , interpunctionisque ad faciliorem intellectum auxilio , in medium proferamus :

Εἰ με φιλοῦντα φιλέις διαγνή χάρεις ἐδέ με μείσεις,  
Τόσον μειούμενος , δόσον εὐγά σε φιλῶ .

At in Hexametro pro μείσεις legendum videtur μισθεῖς ; in Pentametro μισθητος pro μειούμενος .

Jam verò Epigrammatis , quod Amasii cuiuspiam verba Amicam in averso lapide expressam alloquentis continet , accedat prosa oratione interpretatio his verbis :

*Si me amantem amas , duplex gratia ; si vero  
me oderis ,  
Tantum odio sis , quantum ego te amo .*

Eiusdem et ingenio , et venustate , et dulcedine illectus , ipsum Latino carmine ita perlubenter expressi .

*Gratia , si redamas , duplex ; sin oderis , esto  
Æquè invisa aliis , ac mihi cara manes .*

Aliter .

*Si redamas , bis grata mibi ; sin oderis , æquè  
Displaceas aliis , ac mibi sola places .*

Huc metricam quoque symbolam Oteus noster talem contulit :

*Bis tibi gratus ero , si me redamāris amantem ;  
Sin odisti , odio sis , ut amata mibi es .*

Græcum etiam Distichon æmulari libuit Hispano Pentasticho :

*Si á mi amor correspondeis ,  
Dicha tendré duplicada ;  
Pero si me aborrecéis ,  
Tan aborrecida esteis  
Como de mi sois amada .*

Aliter .

*Si mi amor pagais rendida ,  
Dicha lograré doblada ;  
Si aborrecerme os agrada ,  
Seais tan aborrecida  
Como de mi sois amada .*

Aliter .

*Si me amas agradecida ,  
Apreciarélo dos veces ;  
Mas seas , si me aborreces ,  
De odio tanto perseguida  
Como afecto me mereces .*

Atque huc loci , fortitorum concursum insolentem , novamque sanè ac singularem consensionem demiratus , non possum quin alterum Epigramma Græcum adducam huic nostro verbis consanguineum , sententiâ affine , quod Francisci Vavassoris Epigrammata evolenti mihi (fortè , an sponte ?) se- se obtulit . Id legitur in omnium ejus Operum Editione Amstelodamensi , pag . 677 . eodem interprete , in hunc modum :

*Distichon vetus , incerti Scriptoris ,  
nondum editum .*

Εἰ με φιλοῦντα φιλέις , διπλὴ χάρεις ἐδέ με μισεῖς ,  
Οὐ τόσον μισεῖς , δόσον εὐγά σε φιλῶ .

*Dum te amo si redamas , bis gratum : at si oderis ultro ,  
Non tantum odisti , quantum ego rursus amo .*

Post tanti Viri interpretationem , quis age- re interpretem ausit ? Tentabo tamen elegantissimum Distichon et Latinis , et His- spanis versibus ita reddere :

*Si redamas , mibi bis gratum ; si odise juvabit ,  
Non tam odio flagres , quam tui amore flagro .*

*Si pagas mi amor sincero ,  
Al doble me agradarás ;  
Si me aborreces , espero  
Que no me aborrecerás  
Tanto como yo te quiero .*

Aliter .

*Si fina pagas mi ardor ,  
Tendré mas que agradecer ;  
Mas si me odia tu rigor ,  
Nunca tu odio podrá ser  
Tan grande como mi amor .*

At , quod magis stupeas , Petrus de Pa- dilla , nobilis Poeta Hispanus , in Libro , cui titulus *Tesoro de varias Poesias* , Matriti apud Franciscum Sanctum An . 1586 . excuso , pag . 472 . Epigrammatis supra laudati sententiæ non cognatam aut affinem , sed germanam , sed

sed eandem, sed ipsissimam affert sententiam, quæ ita se habet:

*Tan aborrecida seas  
Como de mí bien amada,  
Sin que tengas dicha en nada  
De todo quanto deseas.*

Pastorem nimurum inducit Poeta cum ingrata puellâ, quæ alii nupserat, acerbissime conquerentem.

Nemini verò mirum accidat, nos ad egregium hunc Lapidem illustrandum aliquot carmina congessisse; dignus etenim profectò esset, cuius laudi Poeticum aliquod iniretur Certamen: adeoque, si ætate nostra, ut olim, Parnassus floreret Hispanus, jam Praeconiorum volumen *instar montis* (ut de Poeticis poeticè dicam) assurgeret.

Reliquum est, ut aliquid de opportunitate, quâ Lapis juxta elegans ac litteratus ad Regium Cimeliarchium pervenerit, tûm de ejus pretio, ac præstantia referam.

*D. Joannes Kely*, Regiæ Bibliothecæ olim, dum vitam ageret, Quæstor, vir singulare ac pretiosarum cujusvis generis rerum mirificè studiosus, et planè φιλόκαλος, insignem hunc Lapidem emit anno MDCCLII. nummis aureis centum, emptionem conciliante *P. Alexandro Panel S.J.* Antiquario celeberrimo, Regii Numismatum Musei Custode. Postea verò *D. Joannes de Santander*, laudatae Bibliothecæ Præfectus, qui in eâ omnibus tûm Musarum opibus, tûm Artium deliciis augendâ ornandâque totus est; cuius operâ novum eadem indulgentissimo Regi *Carolo* debet et mercedum, et honorum incrementum; is, inquam, à supra memorato Quæstore, quippe sibi arctissima necessitudine juncto, facile obtinuit, eximium ut Lapidem eodem, quo emerat pretio, Regiæ cederet Bibliothecæ.

Ad hujus denique commendationem sat superque sit Judices memorare, *Philipum scilicet de Castro Hispanum*, et *Antonium Mengs Saxonem*, Regium illum Statuarium, hunc Pictorem, utrumque Artis suæ lumen præclarissimum, qui eundem ab ipso *D. Joanne de Santander* exhibitum, et à se quâm accuratissimè inspectum, florentis Græciæ opus omnino esse, summo consensu, pari admiratione pronuntiarunt.

Sed de hoc maximo Regii Musei orname-  
ento hæc tantum;  
*Es melius Calamo Lapidis decus omne loquetur.*

## XXV.

Chartaceus folii amplitudine, foliis con-  
stans 53. triplici manu exaratus, partim  
*Constantini Lascaris*, partim alterâ ad hu-  
jus manum accidente, postremâ dispari, et  
aliquantò, ut videtur, vetustiori, comple-  
ctens *Simplicii* in *Categorias* Aristotelis Pro-  
legomena; *Pausaniae Librum* primum; *Ap-  
piani Alexandrini Præfationem* in *Roma-  
nas Historias*, ejusque de *Bellis Syriacis*  
*Librum*.

Fol. 1. Σιμπλικίου εἰς τὰς κατηγορίας τοῦ ἀειστέλους προελεγχόμενα. Simplicii in *Categorias* Aristotelis Prolegomena. Incipiunt: Πολλοὶ πολλὰς κατεβάλλοντο φρεγτίδας. De-  
sinunt: ὥστερ αἱ τράπυγι τῶν τεκτόνων τε καὶ οἰ-  
κοδόμων: + Est Operis tantum Præfatio, non  
Opus, quæ planè consentit cum excusâ in  
Græca Editione Venetiis factâ *Simplicii Scho-  
liorum in Aristotelis Categorias*, quæ non,  
ut Fabricius refert *Biblioth. Græc. Vol. VIII.*  
pag. 636. prodiere ex Aldi officina anno  
1499. sed ex *Calliergi*, quemadmodum ipsius Editionis, quæ in manibus est, sub-  
scriptio his verbis planè testatur.

Τὸ σιμπλικίου χειρόμυην εἰς τὰς δέκα κα-  
τηγορίας τοῦ ἀειστέλους σύντυποθέν, πέρας εἴ-  
ληφεν ἡδη σὺν θεῷ ἐν εὐτίαις. ἀναλόγωσι μὲν,  
τοῦ εὐγενοῦς καὶ δοκίμου ἀνδρὸς, κυρίου Νικολάου  
βλαστοῦ τοῦ κριτός. πόρω δὲ καὶ δεξιότηπι, Ζα-  
χαρίου καλλιέργου τοῦ κριτός. τῶν λογίων ἀν-  
δρῶν χάρεν, καὶ λόγω ἐλληνικῶν ἐφιεμίων. Ετε-  
τῷ απὸ τῆς Χειροῦ γενίσεως, Χιλιοῖς, περι-  
κοσιοῖς, συνηκοῦ ἐνάτῳ. Πιανεψίων, πέμ-  
πην Θοίνοτος. Hoc est: *Simplicii Commenta-  
ritus in decem Categorias Aristotelis impres-  
sus*, finem accepit nunc, Deo juvante, Venetiis,  
sumptibus quidem nobilis probique viri  
Domini Nicolai Blasti Cretensis; labore au-  
tem et industria Zachariæ Calliergi, etiam  
Cretensis, in gratiam doctorum virorum, Græ-  
cosque libros appetentium. Anno à Christi na-  
tivitate millesimo quadragecentesimo nonagesi-  
mo nono, Julii die XXVI. Hujus præterea Editionis meminit Mattaire in *Annalibus Typo-  
graphicis*; Aldinam verò prorsùs tacet. Pri-  
ma duntaxat duo folia *Constantini Lasca-  
ris* manu descripta sunt; cætera aliâ non  
multū absimili.

13. Interjecto duorum foliorum vacan-  
tium spatio, sequitur hic Liber: Παυσανίου  
ἱστορικοῦ ιστορία. *Pausaniae Historiographi*  
*Historiæ*. Incipit: Τῆς ἡπτετέτη τῆς ἐλληνικῆς  
κατὰ γῆς τὰς κυκλαδας. Primus tantum-  
modo

modò *Pausaniae* Historiarum Liber est, isque mediâ ferè sui parte mutilus, quippe qui desinat in hæc XXVI. Capitis verba: ἐπὶ τῶν τοίχων τοῦ γένους εἴσι τοῦ Σουταδῶν καὶ Διπλῶν γάρ εἰ. Quidquid verò extat, Constantini Lascaris manu descriptum est.

39. Αὐτοῖς ἀλεξανδρείου. Appiani Alexandrini (in Romanas scilicet Historias Præfatio). Incipit: Τὴν ρωμαικὴν ἴστορίαν ἀρχόμενος. Desinit: καὶ εἴ τῷ αὐτοῦ καὶ τὰ λοιπὰ μαθεῖν εἴπι μοι καὶ περὶ τούτου συγχραφή.

41. averso. Continuò sequitur sine titulo quidem, at non citrà distinctionem aliquam, Excerptum ex incerto veteri Auctore, qui Romanæ Historiæ Corpus ex variis Scriptoribus composuerat. Id autem Excerptum in omnibus ferè *Appiani* Editionibus subjici Præfationi solet. Incipit: Τὸν ἀρχοίμονα μόνον τῆς ἵπαλικῆς τοῦ ἀσπανοῦ ἴστοριας. Desinit: καὶ δυσὶν αὐτὰ συνέθηκεν. Mstum impresso planè congruit.

42. Omissâ inscriptione, *Appiani Alexandrini de Bellis Syriacis* Liber, cujus initium: Αυτίοχος δὲ σελεύχῳ τοῦ ἀντόχου. At is postremis X. Capitibus deficit, atque in hæc verba desinit: καὶ ναυμαχίαν περὶ κύπερου ἐνίκα πειρασθεῖ, δημιουρίου τοῦ παιδὸς φρατηρεύοντος.

*Appiani* Præfationem, Excerptum Præfationi subnexum, et de *Bellis Syriacis* Librum non Constantini Lascaris exaravit manus, sed alia quæ paulò vetustior videtur.

Fol. 53. averso, quod scripturâ vacat, in ima parte, ad extremum chartæ marginem agrè legitur, litteris jam caducis, hæc Annotatio chronologica: *Anno Domini Amen. M. CCCC. LI.*

## XXVI.

Chartaceus folii modo, excrescens in fo-  
lia 359. egregiâ chartâ, litterisque sat nitidis,  
partim à Constantino Lascari, partim  
ab ignoto Calligrapho, Sæculo XV. iam ver-  
gente, descriptus. Eo continentur Aristote-  
lis Opera varia, pleraque Physica, quorum  
hæc series.

Fol. 2. averso. Sese primum offert Operum Aristotelis, quæ Codex hic complectitur, Catalogus, Constantini Lascaris manu exaratus, hac inscriptione: Τάδε τοῦ φιλο-  
σόφου Αριστοτέλους περιέχει ἡδε ἡ βιβλος. Id est:  
*Hæc Aristotelis Philosophi opera continet hic Liber.*

3. Αειστέλους, φυσικῆς ἀκρόστοις ἄλφα. Ari-  
stotelis Physicæ Auscultationis primum (Li-

ber). Incipit: Επειδὴ τὸ ἀδένακ καὶ ἐπίσασθαι.  
Quem cæteri, nempe VII, ex ordine se-  
quentur.

66. Αειστέλους, περὶ φυχῆς λόγος ὀρῶτος. Aristotelis de Anima Liber primus. Incipit: Τῶν καλῶν καὶ πιστῶν τὴν ἀδέναν. Quein reliqui duo excipiunt. In fine subscriptum: Τέλος τῆς περὶ φυχῆς ὀραγματίας. Hoc est: *Finis Tractatus de Anima.*

89. Αειστέλους, περὶ ἀμθήσεως καὶ ἀμθητῶν. Aristotelis de Sensu et Sensilibus. Incipit: Επειδὴ περὶ φυχῆς καθ' ἑαυτὴν διώρεται.

93. Αρχ... περὶ ὄσμῶν. Αρχὴ τοῦ 6. βιβλίου. Aristotelis de Odoribus. Principium secundi Libri. Quod ita se habet: Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον δεῖ νοῆσαι. Id autem hoc loco animadvertis, Aristotelis de Sensu et Sensilibus opus excusum, esse Librum singularem; Mstum verò in duos distribui, quorum prior, proximè recensitus, prima quatuor Capita continet; posterior hic postrema tria, quæ de Odoribus omnino agunt: quo factum est, ut ex iis alterum Librum, tanquam argumento diversum, confici pla-  
cuerit.

97. Αειστέλους, περὶ μνήμης περὶ ὕπνου πε-  
ρὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς. Aristotelis de Me-  
moria, de Somno, de Divinatione per Som-  
num. Incipit: Περὶ μνήμης καὶ τοῦ μνημονευτικοῦ.

99. averso. Περὶ ὕπνου καὶ ἐχεγγόρσεως. De Somno et Vigilia (Eiusdem). Incipit: Πε-  
ρὶ δὲ ὕπνου καὶ ἐχεγγόρσεως.

103. Περὶ σιντηρίων τοῦ αὐτοῦ. Ejusdem de Insomniis. Incipit: Μετὰ δὲ ταῦτα περὶ ἔνυ-  
μίου.

105. averso. Περὶ τῆς καθ' ὕπνου μαντικῆς. De Divinatione per Somnum (Eiusdem). Incipit: Περὶ δὲ τῆς μαντικῆς τῆς καὶ τοῖς ὕπ-  
νοις γνωμένης.

107. Αειστέλους, περὶ ζῶων κανήσεως. Ari-  
stotelis de Animalium motu. Incipit: Πε-  
ρὶ κανήσεως τῶν ζῶων.

111. averso. Περὶ μακροβιότητος καὶ βερχο-  
σιότητος. De longitudine et brevitate Vitæ (Eiusdem). Incipit: Περὶ δὲ τοῦ τὰ μὲν ἔτη  
μακροβία.

113. averso. Περὶ γῆρας καὶ νεότητος καὶ ζῶων  
καὶ θανάτου καὶ ἀναπνοῆς. De Senectute, et Ju-  
ventute, et Vita, et Morte, et Respiratio-  
ne (Eiusdem). Incipit: Περὶ νεότητος καὶ  
γῆρας.

123. Αειστέλους, περὶ χρωμάτων. Ari-  
stotelis de Coloribus. Incipit: Απλὰ τῶν χρω-  
μάτων ἐγίνεται.

129. Αειστέλους, περὶ πνεύματος. Aristote-  
lis

lis de Spiritu. Incipit: Τίς ἡ τοῦ ἐμφύτου πνεύματος. Recensiti hactenus Libri descripti sunt ignotā manu, quæ *Lascareæ* prænit.

135. Interposito unius et semis folii vacantis intervallo, subit *Aristotélous* περὶ οὐρανοῦ βιβλίον à. Aristotelis de Cœlo Liber I. Incipit: Η περὶ φύσεως ἐπιτίμημ. Hunc cæteri ordine suo sequuntur. Quæcunque hinc ad Codicis usque finem pertinent, ea Constantini Lascaris manu descripta sunt.

163. *Aristotélous* περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς à. Aristotelis de Generatione et Corruptione I. (Liber). Incipit: Περὶ δὲ γενέσεως καὶ φθορᾶς. Quem sequitur alter.

173. Περὶ μετεώρων. *Aristotélous* μετεωρογνῶμων à. De Meteoris. Aristotelis Meteorologicorum I. (Liber). Incipit: Περὶ μὲν οὐρῶν αράτων ἀρτίων. Cui succedunt reliqui.

211. averso. Vacante foliis 210. aversâ parte, sequitur *Aristotélous* τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ ἄλφα μέχρι. Aristotelis Metaphysicorum Primus major (Liber). Incipit: Πάγιος ἀνθρώποι τοῦ εἰδέναι ὄρεζονται.

218. averso. Τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ ἄλφα ἔλαττον. Metaphysicorum Primus minor (Eiusdem). Incipit: Η περὶ τῆς ἀληθείας θεωρία. Quem ordine suo excipiunt reliqui XII.

284. *Aristotélous* περὶ ἀτόμων γεωμετρῶν. Aristotelis de Lineis inseparabilibus. Incipit: Αεργεῖτε εἰς τὸ ἀτόμοι γεωμετρῶν.

286. averso. *Aristotélous* μηχανικά. Aristotelis Mechanica. In excusis voci μηχανικά accedit vox φεύγληματα. Incipit: θαυμάζεται τῶν κατὰ φύσιν.

295. *Aristotélous* περὶ ζώων ἴσοπιας βιβλίον αράτων. Aristotelis de Animalium Historia Liber primus. Incipit: Τῶν ἐν τοῖς ζώοις μορίων. Quem sequuntur Libri tantum tres, ita ut sex posteriores desiderentur. Quare in fine Libri IV. hanc annotatiunculam miniatulis litteris Constantini Lascaris manu exarata legas: Ξέπει τὰ λοιπά. Id est: Quære reliqua, cui subnectitur hæc altera ejusdem manu concoloribus litteris subscriptio:

+ κτῆμα κανταρτίνου λασκάρεως τοῦ αὐτοῦ συγγραφὲν ἐν μεσίνη τῆς σκελίας. à. v. o. Quæ Latinè sonant: Possessio Constantini Lascaris (sive Liber Constantini Lascaris proprius) ab ipso exscriptus Messanae in Sicilia MCCCCLXX.

## XXVII.

Chartaceus in folii modum, foliis constans 278. chartâ in primis luculentâ, du-

plici manu, utrâque satis péritâ, Sæculo XV. ferè dimidiato exaratus, duo tantum, quæ sequuntur, Opera complectens.

Fol. 1. Ορφέως ποιητοῦ ἀργυραιηπικά. Orphei Poetæ Argonautica. Incipiunt: Αναξ πυθανος μεδέων. Desinunt: μεγαλήτορος οἰάζειο. Tonus Liber Latinis glossis nigricoloribus interscriptis, Græcis verò annotatiunculis rubris Constantini Lascaris, ut videtur, manu ad singulos ferè margines adscriptis illustratur.

35. Ομήρου ὁδυσσείας ἄλφα. Homeri Odysseæ Primus (Liber). Incipit: Ανδρα μοι ἔργετε μοῦσα. Huic cæteri ad XX. tantum usque subeunt; omissis tamen singulorum titulis, sed spatio ad eos rubro colore deinde pingendos relicto. Hujus etiam Operis Liber primus, secundus, tertiusque pars prior Latinas exhibit glossas versibus intersertas.

Quam mihi *Homerice Odysseæ* recensio præbet occasionem, eam et avidè et alacriter arripiō, ut nobilissimi præstantissimique ejus Interpretis *Gundisalvi Perezii* famæ consulam, qui primus omnium tantum opus è Græco in vulgarem Linguam ausus convertere, Homerum, non solutâ oratione, sed versibus expressum, Hispano lumine donavit.

Anni sunt ferè tres, cùm ad aures nostras pervenit, inter Eruditos quosdam nostræ gentis homines opinionem invaluisse, Hispanam *Odysseæ* interpretationem non *Gundisalvo Perezio*, sed *Joanni Paez de Castro* esse prorsus adscribendam. Quibus verò rationum momentis id probarent, pernoscendi maximè cupidus, quum à quodam ex illis Eruditis quæsissem resne ita esset, quonam monumento constaret; id certo certius, inquit, est, constatque ex *Joannis Paez de Castro* Epistolâ, quæ apud Escurialensem Bibliothecam servatur. Ego verò opportunam investigandi Verum operatus occasionem, ad memoratum alias *Bernardum Triarte*, in *Escuriali* degentem accuratissimè scripsi, ut eam Epistolam per diligentissimos et humanissimos Regiæ illius Bibliothecæ Custodes exquirendam curaret. Is mandato negotio strenue perfunctus, rescripsit: nullam aliam *Joannis Paez de Odysseæ* interpretatione ibi Epistolam inveniri, nisi quæ, longæ Præfationi quam Epistola similius, illius manu exarata extat in Codice MS. foris notato iiiij. &c. 22. varia ejus Opuscula complectente, qua opus *Odysseæ* in linguam His- spa-

spanam conversum Regi nuncupatur, cuius Epistolæ hoc initium: *En esta translacion que de la Ulysea de Homero hize, Sacratissimo, y muy grande Rey, Principe, y Señor nuestro; he entendido ser muy gran verdad lo que Aristoteles dice, que los poetas mas que otro genero de escritores aman sus trobas, y composiciones; tum ejus intersertos contextui, eosdem ferè versus legi, qui in Gundisalvi Perezii Odysseâ leguntur, quosque ad memoratae Epistolæ margines Criticus quidam cum Pereziano exemplari excuso contentis comparatos, manu suâ annotavit, ut me supra dictus Bernardus, misso eorundem Versuum Annotationumque apographo, additis etiam suis met Animadversionibus, certiorem fecit.*

Aliud *Paeziane* hujus Epistolæ, cui Prologo nomen Auctor indidit, exemplar autographum satis nitidè exaratum vidi, monstrante *D. Joanne de Santander*, in Codice MS. miscellaneo, in folio, Regiae Matritensis Bibliothecæ, fol. 218. At hunc dilegentius pervolutanti mihi ecce ibidem fol. 404. occurrit alia ejusdem *Paezii* autographa pariter Epistola de *Odysseâ* interpretatione, ad *Gundisalvum* scilicet *Perezium*, data Bruxellis postremo die Maij an. 1555. Hæc excitatam ex superiori Epistolâ erroris nebulam discutit; pleno lumine veritatem ostendit: hæc *Paezium* *Perezio* interprete declarat; præsumptam Censorum opinionem planè confutat: hac dirimitur tota lis, hac suum denique *Perezio* redditur opus, sua laus, sua existimatio. Ex hujus enimvero Epistolæ verbis liquidò apparet constatque *Paezium à Perezio* accepisse dono librum *Homericæ Odysseæ* ab illo Hispanè redditum, idque lubentissimè

(1) „ Gran merced recibi en que v. m. me diesse „ parte de esta lavor tanbien trabajada antes que „ se publicasse entera con los XIII. libros que falta- „ van. Pørque allende que me dio tan buena oca- „ sion para tornar à ver la Ulysea de Homero con „ tan gran recreacion, entendi mejor muchas cosas „ que antes, con la claridad y lustre que v. m. les „ da. A Homero siempre le tuve por cosa mas que „ humana, pero con esta translacion de v. m. entien- „ do muchos lugares dificultosos, y me parece que „ servira de glosa para los que quisieren cotejar con „ esto lo Griego. „

(2) „ Lo qual hago de mejor voluntad, porque con „ la indispucion del Cardenal mi S. tenemos todos „ mucho ocio de otros estudios mas graves en que „ su S. Rma. se suele holgar. Dado que en este „ libro de v. m. le he visto ocupado muchas ve- „ ces en loarle mucho, que no es de tener en po- „ co segun que suele contentar se difficultosa mente

propter Scriptoris maximè elaboratae elegantiæ. Ad hæc, idem ait optimam sibi oblatam inde occasionem *Odysseæ* summâ cum voluptate recognoscendæ; deinde se hujus interpretationis ope, post lucem operi à *Perizio* additam, multa *Homeri*, Poëta prorsùs humano majoris, loca diffici- liora melius quám anteà intellexisse; prætereaque videri sibi eandem interpretationem Commentarii vice Græca cum Hispanis conferre volentibus funeturam (1). Ali- bi narrat hujusmodi Translationem à Cardinali, Domino suo, cui propter summam raramque eruditionem pauca in omni genere litterarum placent, sæpius fuisse lau- datam (2).

Præter *Odysseam* à *Perezio* translatam, de *Iliade* quoque interpretandâ illum co- gitasse, ad cujus operis laborem in extremâ Epistola hortatur, perspicuè et expressè significat (3).

Igitur singula, quæ hactenus ex *Paezii* ad *Perezium* Epistolâ excerptimus, satis superque demonstrant, planèque fidem faciunt, Interpretationem *Homericæ Odysseæ* non alienum esse opus, sed proprium, sed genuinum, verumque hujus ingenii foetum. In hac autem Epistolâ propositum in primis Auctori fuit iis de causis uberiùs age- re, ob quas Homericum opus Regi ab ipso *Perezio* inscriptum, ejus Majestati bene conveniret, meritóque esset dedicandum, non solùm adductis plurimis clarissimorum Auctorum testimoniis, sed etiam rationib- us ex ipso Libro, quem *Perezius* tam ele- ganter transtulerat, petitis; eo nempe con- silio, ut idem materiam haberet, et pos- set pro eo, quem omnibus rebus suis in- serebat, lepore doctrinâque addere, vel de- trahere quidquid sibi videretur. (4).

## Q. 2

## Ex

„en todo genero de letras, por su mucha y rara „ erudicion. „ Omnia hic transcripta verba delevit Au- „ tor lineis mediis litteras intersecantibus; sed ita ut legenti- cuilibet satis pateant.

(3) „ Dize me v. m. que le escriva lo principal que „ me parece de la vida d' este poëta, yo lo puse lue- „ go por obra, y si se juntasse tanta materia de lo „ que tratan diversos autores, se haria un gran libro. „ Por esto lo dilaté para quando v. m. plaziendo à „ Dios traslade la Iliada. „

„ Entre tanto v. m. no dexe algunos ratos (de) „ entender en la Iliada, que yo no faltare de lo pro- „ metido. „

(4) „ En esta Carta sola mente quiero escrivir mas „ largo que otras veces, como el presente que v. m. „ haze deste libro conviene mucho à la M. del Rey „ N. S. por tres Causas, la una por ser Rey, la se- „ gunda por sucessor de los Reynos de España, y „ nacido en ellos. La tercera por particular inclina- „ cion,

Ex quibus verbis facile intelligas, *Paezium* ex hujus Epistolæ materiâ confecisse, nonnullis tamen additis, vel detractis, vel immutatis, alteram, sive Epistolam, siue Præfationem, de qua priùs diximus, Regi de translatione *Odysseæ* sub *Perezii* personâ inscriptam, ut eâ ille pro re suâ ad libitum uteretur. Et sanè nonnulla idem ex hujus argumento inseruit suæ, quâ totum opus *Philippo* Regi dedicavit. Hanc verò eidem mittendam destinasse liquet ex titulo: *Para el S.<sup>r</sup> G.<sup>o</sup> Perez*, quem suâ ipse *Paezius* manu Epistole tergo præfixit, ut legitur in Regio *Matritensi* Exemplari superiùs allegato.

Hæc porrò Epistola Eruditorum animos in errorem hac ratione, si nescis, induxit: vide-runt *Joannis Paezii* Epistolam autographam, legerunt ibi *Odysseæ* in Hispanum translatiōnē Regi nuncupatam, invenerunt versus ibidem insertos, quales apud *Perezium* leguntur; statimque *Odysseam*, quæ *Perezii* nomine circunfertur, *Paezii* opus esse sibi persuaserunt; ac præclarum Inventum, sibi mirificè gratulantes, ubique pervulgantur. Sed priusquam tali sententiæ penitus adhærerent, eamque apertè prædicarent, nonne illa sedulò verba pensitare debuerant, quibus *Philippum* priùs Hispaniarum Principem, deinde Regem, ipse *Perezius* de *Odysseâ* à se conversâ in utraque Nuncupatione alloquitur? (5). Etenim si eam ipse re verâ non convertisset; quâm perfictæ frontis, quâm insignis fuisset impudentiæ alienum opus Maximo Principi, Maximo Regi dedicare tanquam suum, ejus se Auctorem coram universo Litterarum orbe venditare! quod in gravissimum, integer-

rimum, ornatissimum Prudentissimi Regis à secretis virum, qualis *Perezius* extitit, cadere potuisse quis credat? Adde tot clariſſimorum Scriptorum, ejus ætatis æqualium, de singulari ejus ingenio, de eximiâ Latini Græcique sermonis peritiâ, de summâ denique doctrinâ atque eruditione luculentissima testimonia, ex quibus cum non modò laudatissimæ *Interpretationi*, sed maximis etiam rei litterariae incœptis parem fuisse intelligas, asserasque affirmatiſſimè. (6)

Atque hæc de *Odysseæ Hispanice* Auctore *Gundisalvo Perezio* fusius disserere vi-sum est, ut eam æquè germanum, legitimum, verum ejus opus esse apud omnes constet, atque est purum, elegans, omnique arte expolitum; tamque *Perezii* proprium existimetur, quâm *Phæbi*, et *Mi-nervæ*, quâm *Musarum*, *Charitumque* omnium commune; ac perinde omnino caveatur, ne *Pereziano* tam iniqua nomini laudiique Sententia radices altiùs agat, longiusque propagetur. Libuit etiam illustri exemplo *Novelle Critices* arrogantiam retundere, quæ levibus tantum armata conjecturis, se validissima quæque *Veritatis* propugnacula evertere posse confidit.

## XXVIII.

Chartaceus in folio, idemque foliis con-stans 200. chartæ cùm candore, tūm læ-vore spectabilis, à *Constantino Lascari* non-nullis locis exaratus, maximam verò partem aliorum complurium manu exarari jussus, qui complectitur *Cointi*, seu potiùs *Quinti Smyrnæi*, Poema in Paralipomena

Ilia-

„do casi libro ninguno, sino este, que no le ayan traducido.“

In Editione verò Antuerpiensi An. 1556. *Librorum* XXIV. sic ad *Philippum Regem*: „Aviendo acabado „de traducir de Griego en lengua Castellana, en al- „gunos ratos perdidos, que he hurtado à las ocupa- „ciones, en que Vuestra Magestad por su gran bon- „dad me ha puesto, los once libros que me falta- „van de la Ulysea de Homero, no me ha pare- „cido fuera de propósito, agora que la obra toda „està acabada, dedicar el mejor de los Poetas, al „mejor de los Príncipes que ha nacido.“

(6) Vide *Joan. Christoph. Calvete*, *Viage del Principe D. Phelipe*, fol. 5. averso, et fol. 326. Adi *Ambrosium de Morales*, *Antiguedad de las Ciudades de España*, fol. 26. averso. Consule *Didacum Gracian*, *Morales de Plutarcho traducidas*, sub Prologi finem. Evolve *Joannis Ver-zosa Epistolas*; lege etiam *Pauli Manutii Epistolarum* Libri III. Epist. 3. Omittuntur verò alii bene multi, quos longum esset recensere.

„cion, y Calidad de su M. Esto trataré como sue- „lo otras cosas con v. m. no muy estudiada mente, „y como si uviesse de salir à placa, sino para que „v. m. tenga materia, y pueda añadir y quitar lo „que le pareciere con la gracia y doctrina que v. m. „pone en todas sus cosas.“

„No le parece à v. m. que esta bastante mente „provada esta parte primera por testigos de tan al- „ta guisa y prez, como dezian nuestros ancianos, „y por razones sacadas de este libro que v. m. tan „polida mente ha trasladado.“

(5) Sic ille in Editione Antuerpiensi An. 1550. *Librorum Odyssea XIII. ad Philippum Principem*: „Aviendo yo „hurtado algunos ratos a los negocios, en que su „Magestad y V. Alteza por su bondad me tienen „ocupado, para leer a Homero poeta Griego tan „excelente.... he querido provar a ver como ha- „blaria en nuestro romance Castellano.... Tam- „bién me movio a hacer esta traducion por provar „si en nuestra lengua Castellana se podria hazer lo „que en la Italiana, y Francesa, que no han dexa-

Iliadis Homeri, hoc est, ab Homero in  
Iliade prætermissa.

Ante Operis initium occurruunt folia duo  
ferè vacua. In prioris adversâ paginâ , su-  
periorique margine Constantini Lascaris ma-  
nu scriptum legas: Κωνσταντίου τοῦ λασ-  
πέως. Constantini Lascáris (Liber); paulo  
inferiùs, eâdem manu: Τὸ παρὸν βιβλίον ἀν-  
γκάριον καὶ δυσεύτερον τυγχάνει. ὅθεν μόλις εὐ-  
φόρτες (sic) εἰ διήγαις πρέπεις ἐποίησα ὁμ-  
ημορφῶνται τὸ διαφόρων λατίνων ὕπτος ἀνάρ-  
μετον. Id est: *Hic Liber necessarius, et in-*  
*ventu difficilis est. Quare agrè tandem in-*  
*ventum, feci à variis Latinis ita inconcinnè*  
*describi.*

Fol. 1. averso, sub finem, cætera vacuo, invenias Argumentum primi Libri hujus Poematis sic Constantini Lascaris manu inscriptum: Υπόθεσις τοῦ θράτου. Argumentum primi (Libri).

2. Sequitur ipsum Poema tali titulo : Κοίνη του σμυρναίου ποιητοῦ ἀρίστου πινετού εἰς τὰ παραχλειπόμενα τῆς Ιλιάδος τοῦ ὅμηρου : - Βι-  
βλιον τρίτον. Cointi Smyrnæi, Poetæ optimi, Poesis in Iliadis Homeri paralipome-  
na. Incipit: Εὖθε δέ πηλεῖων δάμην.

Hunc primum Librum excipiunt ex ordine cæteri omnes, nempe XIII. suo singulari præfixo etiam Argumento. Quæ quidem Argumenta cum nondum in lucem prodiiisse arbitremur, hîc in Litteratorum gratiam apponenda censuimus.

## ARGUMENTUM LIB. I.

Ἐν τῷ περιώτῳ βιβλίῳ τῆς αὐτοῦ ποίησεως διηγεῖται ὁ ποιητὴς κοίντες. πῶς τοῦ ἔκπορθος καθηύτες οὐδὲ ἀχαλλέας καὶ παφέντος, ὡς ὅμηρος εἰς τοὺς τελευταῖοὺς τῆς Ιλιάδος ἐδίλλωσεν, οἱ τεῖχοις Κιλείσθησαν δεδιότες ἐξίέναι εἰς πόλεμον. ἐλθοῦσα δὲ ἡ πενθεῖται ἀμαζῶν ὅπερ τοῦ θερμάδοντος ποτάμου ἀνδρειότατή οὖσα καὶ πολέμων οὐκ ἄπειρος παρεβάρρυκε τοὺς τεῖχας. πολλά τε ὑποτάσσα ποιάμων καὶ πεωσιν ἐν τῷ δείπνῳ πίνεσεν κατὰ τῶν ἐλλήνων· τῆτε ύπερχριά ὅπλισθεῖσα καὶ στρατηγοῦσα τῶν τεῖχων ἐξῆνε εἰς πόλεμον. πολέμου τε συγάντος δειγοῦν πολλὰ καὶ θαυματὰ ἔργα κατορθώσα, οὐταντὸν ἀχαλλέας εὐχερέας Κιλαύθη οἴα γνή. καὶ σὺν αὐτῇ πέσουσα μὲν ἄλλαι ἀμαζόνες. καὶ πλεῖστοι τῶν τεῖχων οἱ δὲ τεῖχοις λα-  
σόντες τὸ σῶμα καὶ πενθισαντες πολυτελῶς ἔθα-  
ψαν ἀπολέσαντες καὶ τὴν ἐλπ. δι. ἐπὶ ταύτῃ κει-  
μένη ὁ φλύαρος θερσίτης ἐφάγη λοιδορεύμενος καὶ  
ἐνειδίζων τῷ ἀχαλλῇ. ὃν αὐτὸς γρούθω τύφας  
ἀπέκτεινε. καὶ πάντων τῶν ἄλλων χαιρόντων, μό-  
νος ὁ διομέδης συγχεινίς ὡς τῷ θερσίτη ἀλγήσας

ἐπέθετο τῷ ἀχελεῖ. ὅπα διαλλαγέντες ἔθαψαν  
τὸ φλύαρον σκένῳ τέρρος:-

## ARGUMENTUM LIB. II.

Εν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ διαλαμβάνει ὁ ποιητὴς κοίνος. ὅπι τῆς πενθεσιλείας ἀποκτανθεῖσας οἱ τέως ἐγκεκλεισμένοι ἀπέβαλον καὶ τὸν ἐλπίδα. Σύκλοιας δὲ γενομένης, οἱ μὲν συνεβούλευσαν προθετεῖν τὴν πόλιν καὶ ἀπίνεαν. οἱ δὲ, βέλτιον θαρεῖν καὶ ἀρχαλώτοις γενέθηται ἢ οὗτοι ἀρχρῶς φυγεῖν. πολυδάμας δὲ ἀγώμηνος πάλιν τὴν ἑλένην ἀποδοῦναι καὶ πάντα τὰ ἑαυτῆς ἄλλα τὲ προσθεῖναι γένητα οἵ πειθέντες οἱ Ἑλληνες ἐπανηγράφοσι. πάντων δὲ ἀθυμούντων, ἀφίκετο μέρινα τραπηγὸς ἐκ συρίας μετὰ ἑκούσιοι χλιάδων ἀνδρῶν κατὰ τοὺς ἴσορικους δένει μὲν ἵνδῶν. δέκα δὲ αἰθίοπων πεμφθεῖς παρὰ τεθράμου βασιλέως ἀσυρίων ὡς τὸ ἕλιον πατέκειτο. συμμαχήσαντοι τοῖς τρεσινοῖς οὗτοι δὲ γενναχότετοι ἦν τραπηγός τῶν τρέων ἐπὶ τὸν πόλεμον. πολλὰ κατορθώσας. πολλούς τε ἀποκτείνας. καὶ ἀντίλοχον τὸν νίδην τοῦ νέορες. φίλαταν μειράκιον τῷ ἀχιλλέᾳ. διὸ πάντες ἥλγεσσαν καὶ αὐτὸς ἀχιλλεύς. τρόπος τοῦ πατέος τε παρεκλιθεῖσας μονομαχήσας τῷ μέρινοι μόνος μόνῳ γενναχώσας αὐτὸν ἀπέκτεινε καὶ πλείστους τῶν μετ' αὐτοῦ ἐλθόντων βαρβάρων. οἱ δὲ τέως λαβόντες τὸ σῶμα πολυτελῶς ἔθαψαν ταμάλισα λυπηθέντες καὶ πάλιν ἐγκλεισθέντες ἀπέβαλον καὶ τὰς ἐλπίδας:-

## ARGUMENTUM LIB. III.

Εν τῷ τρίτῳ διαλαμβάνει ὁ ποιητής πῶς οἱ Ἕλληνες λαβόντες τὸ σῶμα τοῦ ἀντιπόλοχου θάνατον πολυτελῶς ταμάλισα ἥλγεσσαν. καὶ αὐτὸς ἀχιλλεὺς ὅθεν καὶ θυμωθεῖς ἔξηρι ἐς πόλεμον καὶ πολλούς ἀπέκτεινε. τοὺς δὲ λοιποὺς ἀπέκλεισεν σὺ τῇ πόλει. ὁ δὲ ἀπόλλων ἐλέσσας τοὺς τρώας ἡπείλησε τῷ ἀχιλλεῖ. καὶ μὴ ὑπακούσαντα ἔτρωσεν ἀδίλως οἵτινες καὶ πεσόντας ἔδραμον οἱ τρώες ἀρπάσαν τὸ σῶμα ἵνα ἀπιάσωσιν. οἱ δὲ Ἕλληνες οὐκ ἥμέλησαν ἀλλὰ πάσῃ αἰσουδῆ γενούμενοι μέγιστον πόλεμον περὶ τὸν νεκρὸν συνετέσσεντο. καὶ μάλιστα ὁ τελαμάνιος ἀγα. ἀγνοείστατος ὧν καὶ ἀνεψιὸς ὃς πολλούς μὲν τῶν τρώων ἀπέκτεινε καὶ γλῶκον δὲ ἔτρωσε δὲ ἀγνείαν καὶ πάσιν. ὃ τε ὄδυσσευς σὺν αὐτῷ πολλὰ κατόρθωσε. καὶ ἀπελάσαντες τοὺς βαρύσαρξ εἰς τὰς νάυς σκόμισαν τὸ σῶμα καὶ υπδέσαντες ἔθαψαν ὡς εἴθιστο. Θηριούς δὲ διαφόρων περιέχει ἀγαντος, ἀγαμέμνονος, φοίνικος πάντων τῶν Ἑλλήνων βελοπόδος γυναικῶν ἀγχυμαλωτίδων. Θέπιδος τῆς μητρὸς. μουσῶν γηρείδων. ἀνέμων. καὶ τέλος ταφὴν ἔνδοξον παρὰ τὸν Ἑλλήνασσοντο :-

## ARGUMENTUM LIB. IV.

Εν τῷ πετάρτῳ διαλαμβάνει ὁ ποιητὴς καὶ ὅπις οἱ τρῶες ἐθρύνοσαν γλῦκος τὸν ἴωτον πολόχου ἀνδρὰ γενόμενον ἀχθὸν τὰ πολεμικὰ. καὶ ὅσον οἱ Ἑλλῆνες ἥλιοι τόσον οἱ τρῶες ἔχαιρον ἐπὶ τῷ τοῦ ἀχιλλέως θαύτῳ· νομίζαντες ἀπιλλάχθαι τραγυμάτων· καὶ τοὺς Ἑλλῆνας ἀφάντες ἀπίνειν· λόγους τὲ τῆς ἡρες τρὸς δία καὶ σωπὸν τοῦ διὸς καὶ Βουλὴν. σύγοδόν τε τῶν ἑλλήνων καὶ δημητρίας τῶν αρώτων. παρευσίαι τὲ τῆς μητρὸς θετίδος καὶ ἐπαίνοις αὐτῆς καὶ τοῦ ἀχιλλέως ἀφῶνται τὰ παντοῖς καὶ ἄθλα διάφορα. αφ' ὧν ἐστιν ἐιδέναι καὶ τὰ τῶν ἀθλητῶν ὄντατα καὶ τὰ τῶν ἄθλων:-

## ARGUMENTUM LIB. V.

Εν τῷ ἕβδομῳ διηγεῖται ὁ ποιητὴς ὅπις ἡ θέτις ἐλθοῦσα καὶ δημητρίας τοφεύθηκεν ἄθλων τὰ ὄπλα τοῦ ἀχιλλέως ἢ θαυματῶν ὀκφράτει ὁ ποιητὴς μακρὸν πλάσσει λόγου. Βουλάς τε τῶν ἑλλήνων πειλέχει. καὶ ὅπις τοῖς αρώτοις ἔδεξε μὴ ποιῆσαι κρίσιν περὶ αὐτῶν ἀλλ' ἀφίνει τοῖς ἀχιλλέωτοις τοῖς τρωσὶ δικάσμα. ἀπιλογίαν τὲ αἴστος καὶ ὄδυσσαν. μεθ' ἀς κρινάντων τῶν τρώων τὸν ὄδυσσαν τὰ ὄπλα λαβεῖν, οἱ δίας ταμαλίσσα ἀλγῶν ἐφάνη παραστατικαὶ μανῆς ἐνέπεσε τοῖς ζώοις δοκῶν ἀνθρώπους κτείνειν. ὑπέρον τε ὄντοσας ὁ γεκόντιος ἔχοντος ἀπέκτεινε ξύφει ἐκπορείω. δι' ὁ Ἑλλῆνες ἀλγῆσαι ἔδεξαν καὶ αὐτὸς ὄδυσσαν. παρεισάρχονται δὲ θρησκοῦτες πεύκος ὁ ἀδελφὸς τέκνηστα παλαιστὶ καὶ πάντες οἱ οἰκεῖοι· νέστωρ τὲ πυρητοῖς καὶ παρακείνοις πάντας εἰς ταφὴν. καὶ οὕτω πυρκαϊὰν ποιήσαντες ἔχουσαν καὶ ἔθαψαν μεγαλωφερῶς:-

## ARGUMENTUM LIB. VI.

Εν τῷ ἕκτῳ βιβλίῳ διηγεῖται ὁ ποιητὴς ὅπις ἀποθάνοντος τοῦ αἴστος δημητρίας τῶν ἑλλήνων ἔγενοντο διάφοροι. μεγελάσου παρεκκινοῦντος τοὺς Ἑλλῆνας ἀφάντοις ἀπίνειν. τοῦ διομήδους ἐπιπλήσιοντος. τοῦ χάλχαντος παρεκκινοῦντος φράγμα τρὸς νεοπόλεμον τὸν νιὸν τοῦ ἀχιλλέως. ἐφράγμα δὲ ὄδυσσα καὶ διομήδη. σὺν τῷ μεταξὺ δὲ ἦλθεν εὐρύπυλος σκηνήσιας ὁ νιὸς τοῦ τηλέφου. ἀνὴρ τῶν πολεμικῶν ἐμπειρεύει. πολλὰ ἀνδραγαθίσσας καὶ πολλοὺς τῶν ἑλλήνων ἀποκτείνεις.

## ARGUMENTUM LIB. VII.

Εν τῷ ἑβδόμῳ διαλαμβάνει ὁ ποιητὴς πᾶς οἱ Ἑλλῆνες ἔθαψαν τὸν μαχάνον καὶ νιρέα σὺν τῷ αὐτῷ μνήματι. καὶ ὅπις ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ποδαλείερος πεσοῦτος ἥλιγμον ὅπις ἀπαρος καὶ ἀποτος ἐκείτο κλαίων Βουλόμενος ἐαυτὸν ἀποκτείνει τῇ λύπῃ. καὶ ὅπις ἐλθὼν ὁ νέστωρ παρέμιθίσατο πολλὰ καὶ ἀξία εἰπὼν. καὶ ὅπις πόλεμος ἐγένετο τοῖς ἀχιλλοῖς καὶ τρωσὶ τοῦ εὐρυπύλου ἀνδραγαθίστηκεν.

καὶ ὅποις φρέσεις εἰς σκύρεον ἀφίκοντο ὅσα τε ἐπιπονούμενα καὶ πάντας θρίνοις τε τῆς μητρὸς καὶ τῶν ἄλλων. καὶ ὅπις τάχιστα εἰς ἵλιον ἤκουεν τοὺς ἑλληνας σὺν μεγίστῳ ἀγῶνι ἐπανῆ δὲ καὶ τὸν νεοπόλεμον διασκέψασθαι ἐπιτίμησαν. καὶ δῶρα πολυτελῆ ἐδωρήσαντο ἐπιτίμησαν. καὶ ὅσα οἷον τε ἰδεῖν τῷ ἀναγνώσκοντι :-

## ARGUMENTUM LIB. VIII.

Εν τούτῳ ὄγδόῳ ὄντι ὁ ποιητὴς διαλαμβάνει ὅπις οὐδὲν γενομένης ἀνέψισται οἱ τρῶες καὶ οἱ Ἑλλῆνες ὀπλίζαντες ἐαυτοὺς εἰς πόλεμον. καὶ τοὺς μὲν Ἑλλῆνας παραθαρίνας ὁ νεοπόλεμος καὶ αὐτοὺς τοὺς μυρμιδόνας πολλὰ νοικετήσασθαι. τοὺς δὲ τρῶας εὐρύπυλος ὁ τελέφου πολλὰ καρεσθόμενος. καὶ ὅπις νεοπόλεμος πολλοὺς ἀπέκτεινες ἀνθρέοις τῶν τρώων καὶ ἄλλοι τῶν ἑλλήνων. καὶ ὅπις τελευτῶν ἄρμισσεν ὁ νεοπόλεμος κατὰ τοῦ εὐρυπύλου. καὶ λόγων αρώτων ῥίζηνται ἀπέκταντες τὸν εὐρύπυλον καὶ νίκην μεγίστην ἐποίησεν κατὰ τῶν τρώων οὓς ἐλέησας ὁ ἄρης ἀπ' ὀλύμπου κατῆλθε Βορθίσων. οὐδὲ ἀθητᾶ τοῖς Ἑλλησιν ἐβοήθει. οὐδὲ ὁ Ζεὺς ἐφόβησε περιπονοῖς. ὅμοιας καὶ τοὺς Ἑλλῆνας. οἱ δὲ τρῶες νενικέμενοι σύλλειθησαν φυλακὰς πόλεων ποιήσαντες :-

## ARGUMENTUM LIB. IX.

tia Deo omnis boni auctori. Constantini Lan-  
scaris Byzantini et labor, et possessio, item  
cujusvis post ipsum intelligentis.

## XLII.

Chartaceus in folio minori, foliorum  
120. fuscâ rudiqüe chartâ, malè ab annis,  
pejus à tineis omnes ferè margines depo-  
pulatis habitâ; litteris eadem lue non ra-  
rò affectis, ipso etiam in eas desæviente  
passim atramento; manu demum Sæculi  
XIV. circiter dimidiati satis expeditâ.

Nihil in toto Codice continetur, præter  
Poema Iambicis constans versibus. Quid  
enim aliud de illo memores, quod Titu-  
lo, Auctoris nomine, Principio, Fine de-  
ficit? Id tamen, si introspereris, invenias  
utriusque Testamenti cùm auctoritatibus,  
tùm exemplis locuples, modò Historiæ si-  
ve sacræ, sive profanæ rebus gestis, mo-  
dò Fabulæ narrationibus copiosum, aliàs  
Moralibus sententiis, Physicis aliàs ratio-  
nibus stabilitum, omnigenæ denique eru-  
ditionis ac disciplinæ cultu undeque or-  
natum: adeo, ut non Opus unum, sed mul-  
tiplex appareat. Quæ quidem singula et  
uberius, et liquidius emanarent ex frequen-  
tissimis Annotationibus minio distinctis,

eademque manu, qua ipsum Poema, exaratis, quæ quidquid intus Poeta vel fuisse, vel subobscurè tradit, id breviùs foris apertiūsque declarant; nisi plerosque Libri margines, unāque Annotationes tertiaria illa Ingeniorum pestis, Blatta peredis-set. Ex iis tamen, quibus edacitas ejus percipit, elicere nonnulla conati sumus, unde tenebricosæ investigationi lucis aliquid affulget.

Itaque ad Poetam ipsum quod attinet, de se ipse loquitur *fol. 9.* licet nihil ibi de nomine suo, patriâ, munere, aut instituto. Idem Fratris sui calamitates enarrat *fol. 14. averso*, ut vel hæc indicat Nota: Εντάδε φοι ὁ ποιητὴς περὶ τοῦ ἴδιου ἀδελφοῦ τοῦ ὄντος (leg. Ἰωντος) εἰς φυλακὴν εἰς ἔπειρον τόπον. Hoc est: *Hic loquitur Poeta de Fratre suo, qui alium in locum in carcerem translatus est;* quanquam neque Fratris, neque Loci nomen in Poematis contextu enuntiatur.

De Viris autem, quos, veluti ætatis suæ æquales, aut famâ, aut amicitiae usi, aut aliâ quavis causâ illi notos fuisse facile credas; *Jani Dyrrihachii Despotæ res persequitur fol. 15. averso.* *Michaëlem* prætereà celebrat *fol. 113. averso*, quem σοφάτατον vocat, et hac etiam impertit laude: φωδρᾶ κορυφῆ τῶν νέων ἀμερίδων. Ibidem quoque *Simeonem* memorat Archontem τῶν σεκρέτων: suis singulos Annotationibus æquè designantibus.

Quod si Regum et Principum seriem in Poemate observatam species, primus omnium (exceptis antiquissimis illis Veteris Testamenti viris) laudatur *Alexander Magnus*; inter postremos verò impiæ sectæ Princeps *Mahometus*, quem Poeta *Μουχάμετ* appellat.

Cæterū fol. 86. averso narrat expugnationem *Gerbiæ*, apposito ad marginem lem-mate: Περὶ τῆς ἀλώσεως τῆς γερβίας, qui locus me, fateor, omnino fugit, nisi *Algarbiām* Lusitanæ Provinciam, aut Insulam *Gerbi* ad Tripolitanum Regnum pertinen-tem interpreteris.

Præter hæc ad Hominum, Rerum, Tem-porum rationem pertinentia, illud sanè non prætermittendum, tanquam apprimè insolens, et in Scriptore Græco portenti sini-le, sententiam videlicet Græcam, eamque Platonicam, non suis verbis litterisque, sed Latinis expressam, ab ipso in medium pro-ferri, quæ *fol. 76.* ita se habet:

*Publicas esse res beatas si eas  
Quidē sapientiæ uel studiosi  
Oës regerent uel earum rectores  
Sapientiæ contigissent (sic) studere.*

Eadem ad oram quoque insignitur hoc ti-tulo: Περὶ τῆς ἀποφάσεως τοῦ πλάτωνος; ea-demque manu, eodem atramenti genere, quo Græcum, exarata cernitur.

Ad hæc insertas Poemati, suas veluti partes, annotabis duas, quæ consequuntur, *Precationes*, Latinè etiam inscriptas.

*Fol. 114. averso.* ORACIO PATRIS, seu rectius, ut ad oram adscribitur, Εὐχὴ ωρὸς τὸν πατέρα. *Precatio ad Patrem.* Incipit:

Ω πάτερ ἀγέννητες πᾶσ' δὲ οὐ κτίσις,  
Πλάσμη γεγίρει πρεσπωνέλη κατὰ ζέος

Constat versibus CXLIV. atque in hos desinit:

Ρύσον με ρύγης ὥν Βερτησίου γένος,  
Σάσον με σωτήρα δεσπός ὥν ἐπλακότων.  
(leg. ἐπλακότων).

*118. averso.* ORACIO FILII, seu potius, ut ad oram adscribitur, Εὐχὴ ωρὸς τὸν νιόν. *Precatio ad Filium.* Incipit:

Ω μοῦνος νιός τοῦ πατέρος θείου μόνου.  
Εἰκὼν χαρακτήρα φῶς σοφία καὶ λόγος.

Licet autem finis expers, constat versibus LXXII. atque in hos desinit totius Poematis postremos:

Φθάσαιεν αὐτὸν τῷριν ἀπευχταῖον τέλοις,  
Εἴξ οἱ δὲ φρεστεύσοντας ὑμνοὺς γατέρες,

Quid plura? ut de Opere tam ambiguo quæcunque affirmari certò possunt, paucis tandem expediamus; ejus initium ab hoc carmine:

Ψάλων ὁ δασιδ οἴα φάσκει τῷ λόγῳ.

Finis in hoc:

Εἴξ οἱ δὲ φρεστεύσοντας ὑμνοὺς γατέρες.

Carminum summa MMMMCVI.

Quantum verò ad Argumentum et In-scriptionem, videtur esse Poema quoddam ad Christianæ Fidei veritatem enarrandam illustrandamque elucubratum. Ita suadet cùm sacrarum rerum, quæ in eo per tra-ctantur, series, tūm vox Διῆγος sub initium Poematis geminata, *folio* scilicet 3. et *folio* 20. *averso*, ubi sic legas: Αρχὴ τῆς διῆγος. .... cæteris blattarum injuriâ corruptis.

Habes tandem quidquid de hoc Scripto-re

re et Scriptione per totam mihi Græciam frustra investigatis, ex ejus verbis aperire, aut assequi conjecturâ licuit. Spero equidem satis indicasse, ut ea secutus indicia, quod mihi vel solertia, vel sors negavit, id aliquando vel solertia, vel felicior alius inveniat.

## XLIII.

Chartaceus quadrati folii formâ, cui foliorum 227. numerus; dupli chartæ genere, altero recentiori, vetustiori altero quod majorem Codicis partem implet, madorem perpresso, litteris inde plerumque vanescentibus; sex diversis scripturæ formis idem exaratus, quarum antiquissima videtur esse Sæculi XIV. ferè dimidiati, recentissima Constantini Lascaris manum exhibet. Is Apthonii Sophistæ Progymnasma ta in Hermogenis Rheticam complectitur, item hujus Progymnasmata et Artem, multaque alia incertorum Rhetorum Opu scula, sive ex iis Excerpta, quorum omnium seriem accipe.

Fol. 1. Πρελεγόμενα τῆς ῥητορικῆς. Prolegomena Rhetorices (incerto Auctore). Initium: Τὴν ῥητορικὴν διαφόρως πιὸς ὀρίσαντο. πλάτων μὲν γὰρ εἶπεν αὐτὴν πειθοῦς δημοσιόν. Finis: Επὶ καὶ ἡ διαλεκτικὴ τρὸς τέλα γέν σιμος. τρὸς γυμνασία. τρὸς τὰς εὐτελεῖς. καὶ τρὸς τὰς κατὰ φιλοσοφίαν ἐπιτίμας.

2. averso. Πρελεγόμενα. γένος. Prolegomena. Vita (Hermogenis scilicet). Hanc verò, cùm non parum ab ea discrepet, quæ apud Suidam legitur in Eρμογένῳ, et ab alia quam Gottfridus Olearius suis ad Philostratorum Opera Notis pag. 577. inseruit, hîc exscri bendam censuimus.

O τὸ τῆς ῥητορικῆς βιβλίον συντεταχάς ἔρμογένης ἐγίνεται ὁ ταρσεὺς. ὃς γέροντες μὲν ἐπὶ μάρκου τοῦ βασιλέας. καὶ εἰπεῖσθαι τοῦ ῥητοροῦ. ἐπαίδευσε δὲ ταρσεὺς ἐν ταρσῷ. διαβάσας δὲ ἐπὶ τὴν ἀσίαν κακοῖς παιδεύων, τοσοῦτον ἐθαυμάσθη, ὃς καὶ τὸν μάρκον φοιτῶντα συνεχῶς παρὰ τὸ διδασκαλεῖον ἀκούειν αὐτοῦ. τρὸς δὲ γάρ φασι καὶ τοῦτο τὸν ἔρμογένην ἐπεῖν. ἵκωσι τοι βασιλεὺς ῥήτωρ παιδεγώρος ἐπιδέομενος. ἐπιλαχαίδεκα μὲν γὰρ ἐτῶν γεροντῶν, γεάφει τὸ ταρσεύμενον βιβλίον. εἰς τείχη δὲ καὶ ἄκοστὸν ταρσελθὼν, τὸ περὶ τῶν ἴδεων ἐξέδωκε σύνταγμα. ἐν δὲ τῷ πέμπτῳ καὶ ἄκοστῷ ἐξελάθεται. ὡς καὶ λέγεται ἐπ' αὐτῷ τὸν ἀντιτέχοντος ἐπεῖν. ἔρμογένης ἐν παισὶ μὲν γέρων καὶ δὲ γέρουσι πάσῃ.

Sub hujusmodi Vitam sequuntur in ejusdem Hermogenis Rheticam Prolegome-

na, hoc initio: Επειδὴν δὲ ἀρχὴν παντὸς βιβλίου ταῦτα ζητεῖται, ὁ σκοπὸς τὸ γένοιμον; atque in hæc verba desinunt: μεταλήψεως τὸ περιστατικὸν ἔχει πλεον τοῦ πεφραγμένου:-

Prolegomenon, et Vitæ Scriptor omnino latet.

5. averso. Ορεὶ τῶν τάσσεται. Definitiones Statuum (incerto Auctore). Incipiunt: Τί ἐστι διαφορός; ἀδύλου ὀργάνων ἐλεγχος οὐσιῶν δῶς ἀπὸ πιὸς φανεροῦ σημείου. Desinunt: δὲ τῷ συλλογισμῷ οὐ δεῖται τρὸς πλήρωσιν τοῦ ἀδικήματος ἐπερον θατέρου. ἀλλ' ἀρκεῖ κατ' αὐτό:-

8. averso. Duabus et amplius vacuis placulis interjectis, occurrit Εξήγησις τῶν τάσσεται ἔρμογένοις. Expositio Statuum Hermogenis (incerto etiam Auctore). Incipit: Πολλῶν δύντων καὶ μεγάλων λελιθότος διαχείφει τὴν ρήτορικὴν ὁ ἔρμογένης. Desinit: ἀπὸ τῆς ἀξίας τοῦ πεπονθότος ἀντεγκαλεῖ. δὲ τῇ μεταλήψει, οὐκ ἀπὸ τοῦ ἀξιώματος:-

40. Id Folium utrinque purum, cui solum præfixus est, tanquam sequentium operum communis, Titulus: Ρητορικὴ τῶν ἔρμογένοις. Rhetorica Hermogenis.

41. Πρελεγόμενα τῆς ρήτορικῆς. Prolegomena Rhetorices. Initium: Οἱ ἡμετέραι τεχνητοὶ διακοσμήσαντες ρήτορες, εἰς πιὰ κεφάλαια τὰ τῆς ρήτορικῆς διεῖλον τρολεγόμενα. Finis: Καὶ οὕτω μαθόντων, στρφνίσομεν καὶ παραπέμψομεν τὸν ἀκροατὸν μαθόντα πάντα καὶ οὐδὲν ἀγγούσαντα:-

Hoc Opus idem sane est, quod in Bibliothecâ Coislinianâ, Cod. CCCLXXXVII. fol. 113. extat inscriptum: Συναγωγὴ σὺν θεῷ διαφόρων ἐξηγητῶν εἰς τὰ Αφθονίου ὀρογυμνάσια, Collectio, Deo juvante, diversorum Interpretum in Apthonii progymnasmata; quodque ibidem pag. 590. et seqq. P. de Montfaucon, quoniam multa scitu digna et nunquam sibi cusum occurrit, adjunctâ Latinâ versione, vulgandum existimavit. Idem secundis typis donavit Fabricius Biblioth. Græca Vol. IX. pag. 586. Sed nostrum Exemplar longè præstat; enucleatius enim habet Exordium, deinde Caput Nonum integrum, cuius exigua tantum particula in illo superest, ac Decimum quod ibi omnino desideratur. Præterea et verbis, et rebus multò auctius est et uberioris, ut hanc plenam Scriptionem, illam compendiariam facile credas. Quapropter ejus Exordium, et Caput Nonum, ac Decimum in utriusque Editionis supplementum, et Eruditorum gratiam non sine Latina interpretatione libentissimè publicamus.

PRO-

PROLEGOMENON  
In Aphthonii Progymnasmata  
EXORDIUM.

Οἱ τὰς ἡμετέρας τέχνην διακοσμήσαντες ῥίτορες, εἰς πτια κεφάλαια τὰ τῆς ῥητορικῆς διεῖλλοι ψηφολεγόμενα. ἐσὶ δὲ ταῦτα. ψηφῶν εἰς σὺν θεῷ καὶ σὺν θεοῖς ἔλθειν ἢ ῥητορική. Δεύτερον εἴς σὺν ἕρωσιν ἢ ῥητορική. τέταρτον πῶς σὺν ἀθηναῖς ἔκμασεν. πέμπτον τις ὄρος αὐτῆς καὶ τὸ τέλος καὶ τὸ ἔργον. ἑκτον πόσαι εἴδη τῆς ῥητορικῆς. καὶ εἴδη ἀλλὰ μὴ μέρη. καὶ σὺν ποίων μερῶν τῆς φυχῆς ψηφολέθειν ἔχειν καὶ ποίους γέροντος διενέμαντο. καὶ ποίους τόπους ἐκληρώσαντο. Ἐβδομον πόσαι ῥητορικὰ καὶ οἵα καὶ ποῖαι σὺν θεῷ μετερχόμενα. ὅγδον πόσαι πέποι ῥητορικῶν ἀναγγάσεων. Ἐννατὸν πόσαι πολιτεῖαι καὶ σὺν ποίᾳ σὺν θεῷ πολιτεύμενα ψηφὸς τούτοις. Δέκατον κεφάλαιον κατὰ πόσαις τρόποις ῥίτωρ ὄφείλει ἔξηγεσθαι τὰ ῥητορικὰ μαθήματα.

„Qui Artes nostram exornarunt Rhetores, Rhetorice Prolegomena in Capita quædam diviserunt. Ea vero hæc sunt. „Primum, an ex Diis, vel in Diis prædierit Rhetorica. Secundum, an in Herroibus Rhetorica. Tertium, quomodo ad „Homines pervenerit Rhetorica. Quartum, „quomodo Athenis viguerit. Quintum, „quæ sit ejus Definitio, quis Finis, quod „Opus. Sextum, quot Species Rheticæ; „an Species, non vero Partes; et ex quibus Animæ partibus prodierint singulæ, „et in quæ Tempora distributæ sint, et „quæ Loca sortitæ. Septimum, quot Reticæ, et quales; et quam, Deo juvantæ, consectemur. Octavum, quot Reticarum Lectionum modi. Nonum, „quot Politiæ, et in qua, Deo juvantæ, versemur. Præter hæc, Decimum Caput, „quot modis Rhetor debeat Rheticas disciplinas explanare.„

CAPUT NONUM.

Ἐννατὸν εἰς κεφάλαιον σὺν ὁ δεῖ ζητῆσαι πόσαι τε πολιτεῖαι καὶ οἵα καὶ ποῖαι σὺν θεῷ πολιτεύμενα. ἐποκέφασθαι δεῖ ψηφῶν τις ὄργη πολιτεῖαι. πολιτεῖαι πιῶν εἰνὶ ἀρχὴ καὶ σωματεῖα ψηφαγμάτων καθ' ἣν ζῆν τε καὶ πολιτεύεσθαι ψεῦτας ποὺς βιοῦντας καὶ πειθέντας ἀνθρώπους. πολιτεῖαι δὲ ποιοῦσαι ἐτέραι τρεῖς. κατ' ἔκπλασιν δὲ ποιοῦσαι ἐτέραι τρεῖς. ἵνα δὲ ἴμειν σὺν διαιρέσεως φανερὸν γένηται, σὺν ἀρχῇ ἢ ἔνα ἀρχεῖν ἢ ὀλίγος. ἢ πάντας. καὶ οὗτοι ἢ καλοὶ ἢ κακοὶ εἰσιν. ἀλλ' εἰ μὲν εἰς ἀρχεῖς (εἴη) ἀγαθὸς,

ποιεῖ τὴν βασιλεῖαν. εἰ δὲ εἰς ἀρχεῖς κακὸς, ποιεῖ τὴν τυραννίδα. εἰ δὲ ὀλίγοις ἀρχεῖοι καὶ ἔποσαι ἀγαθοί, ποιοῦσι τὴν ἀριστοκρατεῖαν. εἰ δὲ ὀλίγοις ἀρχεῖοι κακοί, ποιοῦσι τὴν ὀλιγαρχίαν. εἰ δὲ πάντες ἀρχεῖοι κακοί, ποιοῦσι τὴν ὄχλοκρατίαν. εἰ δὲ πάντες ἀρχεῖοι ἀγαθοί, ποιοῦσι τὴν δημοκρατίαν. ταῦτα δὲ διαφέρει ὄχλοκρατία δημοκρατίας. ὅπερεν μὲν δημοκρατία κατὰ νόμους καὶ φύσιματα καὶ ἀρχαὶ καὶ τάξεις πολιτεύονται πάντες. σὺν δὲ τῇ ὄχλοκρατίᾳ ἀνόμως. ἀτάκτως. ἀνάρχως πᾶς ὁ δῆμος συμφέρει τὸ δεῖν κρατεῖν ἐθέλων τῶν ὀργάνων. διαφέρει δὲ ὀλιγαρχία ἀριστοκρατίας. ὅπερεν μὲν τῇ ἀριστοκρατίᾳ οἱ ἀριστοὶ τὰς γυναῖκας ἀρχεῖοι καὶ τὸ τῆς πολιτείας, οὐ τὸ ἐαυτῶν λυσιτελὲς ζητοῦσιν. σὺν δὲ τῇ ολιγαρχίᾳ οἱ πλουσιότατοι καὶ δυνάσται καὶ τὸ λυσιτελὲς τὸ ἐαυτῶν ζητοῦντες, οὐ τὸ τῶν ἀρχομένων. διαφέρει ὁ βασιλεὺς τυράννου ὅπερεν μὲν βασιλεὺς νόμοις πειθεῖται καὶ τὸ τῶν ἀρχομένων λυσιτελὲς, οὐ τὸ ἐαυτοῦ ζητεῖ. ὁ δὲ τύραννος, οὐτε πειθεῖται τοῖς νόμοις τοῖς ψηφὸς αὐτοῦ. ἀλλὰ καὶ τὸ ἐαυτοῦ ψεύτιμον ζητεῖ. καὶ οὐ τὸ τῶν ἀρχομένων. ἀθηναῖοι δὲ καὶ ἢ τῶν ῥητόρων δεκάς, ἐπολιτεύονται ὡς σὺν δημοκρατίᾳ. λακεδαιμόνοι ὡς σὺν ἀριστοκρατείᾳ. ἡμεῖς δὲ γὰρ εὐτυχῶς σὺν βασιλείᾳ πιτῶς καὶ ὄρθοδόξως.

„Nonum Caput est, in quo oportet „quærere quot Politiæ (Civitatis admini- „strationes), et quales sint, et in qua, Deo „juvante, versemur. Considerare oportet „primum, quæ Politiæ definitio. Politia est „principium et consuetudo quarumdam „rerum, secundum quam expedit omnes „homines vivere et agere obtemperantes. „Politiæ vero sunt præcipiæ tres, casu au- „tem aliæ tres factæ; ut nobis ex Divisio- „ne manifestum sit, in principatu vel „unum, vel paucos, vel omnes impera- „re; atque hi vel boni, vel mali sunt. „Sed si unus quidem imperat, et bonus „est, facit Regnum; si vero unus impe- „rat, et est malus, Tyrannidem facit. Si „autem imperant pauci, et boni sunt, fa- „ciunt Aristocratiam; si pauci imperant, „et mali sunt, Oligarchiam. Quod si om- „nes imperant mali, faciunt Ochlocratiam; „si omnes autem imperant boni, Demo- „cratiæ. Ipsa vero Ochlocratia hoc à De- „mocratiâ differt, quod in Democratiæ om- „nes per leges, et plebiscita, et magistra- „tus, et ordinaciones reipublicam ad- „ministrent; in Ochlocratia vero sine lege; „sine ordine, sine magistratu omnis Po- „pulus conveniat, volens oportere summæ „, rerum

„ rerum præesse. *Oligarchia* verò differt ab „ *Aristocratiâ*, quod in *Aristocratia* optimi „ ferant primi suffragia, et Reipublicæ, „ non suam utilitatem quærant; in *Oligar-* „ *chia* verò ditissimi et primates suam quo- „ que, non eorum qui obtemperant, uti- „ litatem quærant. *Rex à Tyranno* differt, „ quod *Rex* quidem pareat legibus, et ob- „ temperantium utilitatem, non suam, „ quærat; *Tyrannus* verò non legibus pa- „ reat, quæ sunt ante illum, sed commo- „ dum suum quærat, non obtemperantium. „ Athenienses et Rhetorum Decas Rem- „ publicam velut in *Democratia* gerebant; „ Lacedæmonii velut in *Aristocratia*. Nos „ verò in Regno feliciter, fideliter et or- „ thodoxè versamur. „

## CAPUT DECIMUM.

Δέκατόν ἐστι κεφάλαιον σὺν ὁ δῆμος ζητήσαμε κα- τὰ πόσσους τρόπους ὀφείλει ὁ ῥήτωρ ἐξηγεῖσθαι τὰ ῥητορικὰ μαθήματα. ἐξηγεῖσθαι τούτων κα- τὰ τρόπους ἑπτὰ. κατὰ ἀλληγορίαν ὅτε ἔχωθεν, ύπερ παρὰ τὸ κείμενον ἔτερόν πι γούμενον σὺν τῷ κείμενῳ ἀχρεύσει. ἀλληγορία γάρ λέγεται, ἢ ἄλλο ἀχρεύσοντα παρὰ τὸ κείμενον κατὰ φρου- φήγουν. ὅταν τὰ κεφάλαια ύπερ τὰ σιθυρίματα τῆς μελλούσος λέγεσθαι πράξεως, συνοψίσας θεωρίσῃ ύπερ τορδιαζείλεται τὸρ σαφεστέραν γόν- σιν τοῦ ἀκροατοῦ. κατὰ τέχνην ὅταν ἐπὶ σι- ταῦθα ἐτύχῃ πρότασις ἢ κατασκευὴ. ἢ μετα- λεπτικὸν ἢ ὄριστον κεφάλαιον ἢ τί τῶν ἀπὸ τέχνης παραδεδεμένων. καθ' ἴσοριαν ὅταν τὴν ψι- τσαίμενην ἴσοριαν ἀφηγήσονται ζεύγοις τε λέ- γων τῆς ἴσοριας ύπερ τορδούπα ύπερ τις. ύπερ σο- τὸν κοσμεῖ. κατὰ χήμα ὅταν ἐπὶ τόδε τὸ χήμα προθεωρία ἐστι. ἢ παρὰ ψιτσοίνιν ἐστι ἢ παρὰ προσδοκίαν. κατ' ἴδειαν ὅταν ἐπὶ σιταῦ- θα γοργότης ἐστι. σφρότης ἐστι. λαμφρότης ἐστι. κατὰ σαφήνειαν. ὅταν τὸ ἐμπειρόν πι γόν- μα, σαφνίσῃ σιαλλάθιον κατὰ τὸ κείμενον. τρία δὲ πρὸ πάντων δῆμος τὸν ἐξηγητὸν ζητεῖν τοῦ ἀκροατοῦ. εἰ σιώπη τὸ σιθύριμα. εἰ συνῆ- τη τὸν λέξιν. εἰ ἐπίσηση τῆς σωτάξει. πάντη γάρ πάντας ὃ ἀγνοῶν ἀκροατής, ἢ τρία ἀγνο- σι τὸ δύο τῶν τριῶν. ἀχάλλοντος οὐκ ὡς μὴ γοῦντος τοῦ ἀκροατοῦ, δῆμος τὸν ἐξηγητὸν ἐρα- τῶν κατά πι οὐκ σιώπην. ἀρχαὶ τὸ σιθύριμα οὐκ σιώπην; ἀρχαὶ τὸν λέξιν ἢ τὸν σύνταξιν; ύπερ σοθόντων ἡμῶν τὸ ἀγνούμενον. σαφνίσο- μεν ύπερ παραπέμψομεν τὸν ἀκροατήν. μαθόντα πάντα ύπερ οὐδὲν ἀγνοήσαντα:-

„ Decimum Caput est, in quo oportet „ quærere, quot modis Rhetor debeat Rhe- „ toricas disciplinas explanare. Explan-

„ bit igitur modis septem. Secundūm *Al- legoriam*, quando extrinsecus, et præter „ propositum argumentum aliud quid di- „ xerit, quod ex ipso argumento intelli- „ gatur; *Allegoria* enim dicitur ἢ ἄλλο ἀγ- „ ρεύσαται præter propositum argumentum. „ Secundūm *Προφήητον* (*Prænarrationem*), „ quando Actionis dicendæ Capita et En- „ thymemata uno quasi aspectu proponens, „ ea ad clariorem Auditoris intelligentiam „ animadvertisit ac prænarrabit. Secundūm „ *Artem*, quando ibi dixerit, an sit *Tύχη*, „ *Πρότασις*, vel *Κατασκευὴ*, vel transumpti- „ vum, vel disinitum Caput, vel quid- „ piam eorum quæ ab Arte traduntur. Se- „ cundūm *Historiam*, quando propositam „ Historiam enarrabit, ejus recensens tem- „ pora, personas, causas, et quæcunque „ ipsam exornant. Secundūm *Figuram*, „ quando dixerit: hæc Figura est *Προθε-* „ *σία*, vel ad *Υπόνοιαν*, vel ad *Προσδοκίαν* „ pertinet. Secundūm *Ideam*, quando dixe- „ rit: hīc est *Γοργότης*, hīc *Σφρότης*, hīc „ *Λαμφρότης*. Secundūm *Perspicuitatem*, „ quando aliquod *Νόημα* incidens, pro rei „ argumento mutatum, declarabit. Tria „ verò ante omnia oportet Explanatorem „ quærere ab Auditore: an intelligat *En-* „ *thymema*, an *Dictionem* addidicerit, an „ *Compositioni* operam impenderit; Audi- „ tor enim omnino ignorans, vel hæc tria „ ignorabit, vel ex tribus duo. Auditore „ igitur ægrè ferente, utpote qui hæc non „ intelligat, oportet Explanatorem ex illo, „ quid ignoret, sciscitari; an *Enthyme-* „ *ma*, an *Dictionem*, vel *Compositionem* ne- „ sciat. Atque ita nos de rebus ab ipso „ ignoratis certiores facti, eas ei declara- „ bimus, Auditoremque dimitemus om- „ nia edictum, et nihil ignorantem. „

44. *Eis τὰ προγυμνάσματα. In Progymna- smata. Initium: Ο παρὼν τῶν προγυμνασμά- των λόγος οὗτε τὸν τῆς ῥητορικῆς ὄργην ἐπιζη- τεῖ. Finis: ύπερ διὰ τοῦτο προετάγει ὁ μῦθος ὡς τοῦ συμβουλευτικοῦ ὦν:-*

Id Opus, ut ex primis appareret verbis, extat etiam superiori annexum in proximè allegato Bibliothecæ Coislilianæ Cod. CCCLXXXVI. fol. 121. hac inscriptione: Σιωπαγὴ ἐξηγήσεων εἰς τὰ τοῦ Αφθονίου προ- γυμνάσματα, φιλοποία πολλῇ καὶ σούδῃ ἐμοὶ τῷ γεγενέπτι σιλλεγεισῶν, ύπερ προσφυῶς τοῖς Αφθονίου ῥήτορις σιωπεύμεισῶν (sic) i. Col- lectio interpretationum in Aphthonii progy- mnasmata labore et studio multo per me scri-

bam consarcinatarum, et Aphthonii dictis congruenter connumeratarum. Cujus quidem Inscriptionis interpretationi talem P. de Montfaucon subtexuit censuram: *Opus sanè luce dignum si sit ἀρένδοτον.* Sed quod nostro hīc Codice continetur, breve tantum Excerptum est, unam ut vix paginam impleat; illud verò folia quatuordecim patet.

Eod. fol. complures subsequuntur minuta, levisque momenti de rebus ad Rhetoricam pertinentibus Excerptiones.

45. Sine Auctoris nomine occurrit Statuum Rhetoricae Notitia, cui titulus: Περὶ πᾶς γνωσμέθα τὰς τάσις: De modo quo Status cognoscemus; initium: Εἰν ἀδηλού ἢ κατ' οὐσίαν ποιεῖ στοχασμόν.

Hæc Rheticorum Statuum etiam Partitiones exhibit vario linearum et circulorum ordine in gentilium stemmatum faciem adumbratas.

In extremo libro *Hermogenis* et *Aphthonii*, Antonio Bonfine interprete, apud Seb. Gryphium excusi Lugd. an. 1538. in 12. occurrit mihi Opusculum inscriptum: *Quonodo Status cognoscemus secundum Hermogenem*, cui ad litteram planè respondet hæc Notitia; licet non sit integra.

46. Κεφάλαια τῆς ρήτορεις. Rheticæ Capita. Excerptum scilicet non modo de Rheticæ Capitibus, sed etiam de ejus Speciebus et Partibus secundum *Aphthonium*, omissio pariter Auctoris nomine. Incipit: Σητητέον ἐπὶ τῆς ρήτορεις τὰ ὄκτα κεφάλαια. Desinit: φροίμα. διηγήσεις. ἀγώνες. ἐπίλογοι.

Eod. fol. adverso. Περὶ φρογύμνασμάτων. De Progymnasmatis (incerto Auctore). Incipit: Προγύμνασμά ἔσιν ἐσαγωγὴν τῇσι διὰ λόγων τῶν κατὰ ρήτορικὴν μερῶν χ' ἐμῶν. Desinit: τὰς ἐν αὐτοῖς ἀλληγορίας ὡς χ' φροερπταὶ οἱ φιλόσοφοι ἀναπλύζουσι:-

47. averso. Accedunt alia duo de iisdem Progymnasmatis Excerpta, quorum amplius ita incipit: Διατί ἐπεγόνθη τὰ φρογύμνασμα ἐπειδὴ κατὰ μηκὸν φανῆσσι τοῖς ἀνθρώποις. Utrumque Constantini Lascaris manu videtur exaratum.

48. Αφθονίου σοφιῶν φρογύμνασματα ἐis τῆς ρήτορικὴς Ερμογένους. Aphthonii Sophistæ Progymnasmata in Rheticam Hermogenis. Initium: Ο μῆδος ποιῶν φροῦλα. γένηται δὲ καὶ ρήτορων κοινὸς ἐπὶ παρεχιστεως. Finis: ἀλλ' ἀρχὴ γενίσται πάθοις:-

Is Aphthonii Liber in excisis exemplaribus Progymnasmata solum inscribitur.

Quem verò hīc exhibet titulum, is maxime consonat huic: *Eis τὴν Ερμογένους τέχνην φρογύμνασματα*, quem refert Suidas; tametsi Fabricio minus probatur, contendenti *Biblioth. Græca Vol. IV. pag. 431.* eum titulum à Suidâ non accurate traditum.

59. Σημειώσεις ἐis τὰς τάσις τοῦ ἐρμογένους. Annotations in Status Hermogenis. Incipiunt: Ιτέον ὅπ πανταχοῦ τὴν τάσιν ἐπὶ τοῦ ζητήματος τάχαν φαίνεται. Desinunt: Ερεῖ γαρ σωφρονισθέσοντα οἱ πάθεις ὑμῶν ὅπερ ἄδηλοι:

Cujusnam sint, quæ leguntur hīc Annotations, mihi haud compertum. Fortè desumptæ ex *Syriani*, *Sopatri*, *Marcellini*, aliorumque Commentariis in *Hermogenis Status*, ab Aldo in *Collectione Rethorum* publicatis, quos per summa in rarissimi operis inopiam adire non licuit.

62. Ερμογένους φρογύμνασματα. Hermogenis Progymnasmata. Initium: Τὸν μῆδον φρῶτον ἀξιοῦσι φροσάγειν τοῖς νέοις ὡς φρόδιον τὰς ψυχὰς αὐτῶν πρὸς τὸ βέλτιον ῥυμίζειν δύναται. Finis: τῷ δυνατῷ δ' ὅταν λέγωμεν ὅπι οὐ δεδύνεται λέγειν· τῷ φρέποντι δ' ὅταν λέγωμεν ὡς ἐis δόξαι βλάπτει:-

Hoc Opus constat Capitibus omnino XII. quorum hæc series:

Περὶ μῆδου. De Fabula.

Περὶ διηγήματος. De Narratione.

Περὶ χρείας. De Chria.

Περὶ γνώμης. De Sententia.

Περὶ ἀνασκευῆς. De Refutatione.

Περὶ κοινοῦ τόπου. De communi Loco.

Περὶ ἐγκωμίου. De Laude.

Περὶ συγκρίσεως. De Comparatione.

Περὶ ἡθοποίας. De Ethopœia.

Περὶ ἐκφράσεως. De Descriptione.

Περὶ θέσεως. De Positione.

Περὶ ἐσφορᾶς νόμου. De Legis latione.

En *Hermogenis* Opus, quod intercidisse tamen Fabricius non semel affirmat: en quod Latinè Priscianus reddidit, hac inscriptione: *Priscianni Grammatici Cæsariensis de Praeexercitamentis Rheticæ ex Hermogene Liber*, suoque *de Versibus Comicis* Libro subjunxit. Id vero ille non servus, sed liber Interpres convertit, quemadmodum ex utriusque scriptio[n]is collatione mihi planè perspectum. Quo fit, ut exemplis Græcis suggestat interdum Latina; pro *Demosthene Ciceronem*, pro *Homero Virgilium* substituat; aliorum etiam, puta *Terentii*, *Sallustii*, *Horatii* adjiciat aliquando aucto[r]ita-

ritates. Præterea nunc Græca detrahentem, nunc addentem Latina, passim technicas utriusque Linguæ dictiones annotantem animadvertis. Quid multis? solertissimum Transfigam è Græcorum castris ad Romanas, Romanis tironibus erudiendis, sæpe discedentem juvat aspicere.

Petrus Joannes Nunnesius, *Rhetoricis Institutionibus*, aliisque scriptis clarissimus, aut hæc *Hermogenis Progymnasmata*, aut eorum potius Interpretem *Priscianum* legit; siquidem ex hujus Capitibus, præser-tim de *Fabula et Descriptione*, multa in eundem sensum, nonnulla quoque ad verbum in Progymnasmata sua retulit. Singula tamen, ut ex *Hermogenis Progymnasmatis* petita, semper allegat, *Prisciani* nomine nunquam prolati. Unde certò col-legeris, illa pro sincero germanoque illius opere *Nunnesium* habuisse.

Ad Operis Divisionem quod attinet, eundem, quem Hermogenes, Capitum, si-ve Sectionum ordinem ac numerum ser-vat Priscianus; nisi quod Caput de *Sententia* ex editione Putschii cernitur bifarium distributum, in ipsum scilicet Caput de *Sententia*, et alterum de *Operatione*, quæ Hermogeni *Ephæsia*. Apud eundem tamen Priscianum, à Capperonnerio inter *Antiquos Rethores Latinos* editum, duo illa Capita in unum, nempe de *Sententia*, rectius coa-luere; ita enim Hermogenis divisioni con-sulitur, quem Jo: Tzetzes *Chiliad. XI. Hist.* 369. vers. 117. et 118. et Auctor anonymus Συνολικῆς παραδίστας τῆς ἡγεμονίας, à Joanne Scheffero in *Miscellaneis* publica-tus, Progymnasmata sua duodenario nu-mero circumscripsisse prodiderunt. Ac-cedit insuper, quod in laudata Putschii edi-tione Titulus Capitis primi de *Fabula* de-sideretur; sed à Capperonnerio non incon-sultè restitutus.

Jam verò quæ causa, quæ ratio Fabri-cium impulit ad asseverandum in *Biblioth. Græca Vol. IV.* pag. 429. ex Hermogenis opere Rhetorico, quod quinque Scriptis, ac primo loco *Progymnasmatis*, auctore Tzetzæ, constabat, ad nos pervenisse poste-riora quatuor (exclusis nimis rūm Progymna-smatis)? Cur *ibid. eod. Lib. pag. 431.* Her-mogenis Librum de Præexercitamentis *interci-disse*, periisse contendit? Nullam ille causam, nullam rationem affert; nec quam afferre possit, video. Etenim quæ ex Tzetzæ vel adducit, vel allegat, de *Hermogenis* qui-

dem Progymnasmatum numero et argu-mento multa referunt, de eorum autem interitu nihil; imò ejusdem Tzetzæ ætate adhuc vixisse testantur. Quapropter mirari satis non possum, quod eruditus Vir, qui Codices Græcos MSS. *Regii Taurinensis Athenæi* recensuit, ubi de hoc *Hermogenis* opere disserit, Fabricio illud intercidisse gratis affirmanti fidem omnino habuerit.

Quæ mihi contra persuadent *Hermoge-nianum* opus extare, et ipsum esse quod modò recensuimus, hæc ferè sunt.

Hic *Hermogenis* Liber eandem inscriptio-nem habet, quam ejus indicat Interpretatio à *Prisciano* facta.

Utriusque verba et sententiæ maximè consentiunt; licet is liberiorem aliquando Interpretem agat, ut supra monuimus.

Progymnasmatum numerus, quem Her-mogeni Tzetzæ assignat, apud illum om-nino reperitur.

Quæ in ejusdem Libro tradi refert idem Tzetzæ *Chiliad. XI. Hist.* 369. vers. 133. et 134. nempe *Fabulam esse dulcem, cla-ram, brevem et probabilem*:

Τὸν μῦθον ἐρμογένην μὲν διδάσκει πεφυέναι,  
Γλυκὺν, σαφῆ, καὶ σύντομον, καὶ πιθανὸν σὺν τούτοις,  
ea ibidem, non ipsis quidem verbis, sed eadem sententiâ traduntur.

Stilus denique satis elegans et concin-nus Auctorem non dedecet.

Ex omnibus igitur hactenus disputatis, quod rei caput est, manifestò appetet, Græcum scilicet Libellum, *Hermogenis Progymnasmata* inscriptum, extare; eundemque prorsùs esse, quem *Priscianus* Lat-inum fecit, sive opus integrum sit, sive epitoma, quod minimè credimus. Neque ille in Regiâ tantum extat *Matritensi Bi-bliothecâ*, sed in laudata *Taurinensi Græcos* inter Codices MSS. Num. LXXXVII. atque in aliis fortasse, sed paucis admo-dum; typis verò necdum, quod sciam, tra-ditus; iis tamen tūm ob præstantissimi Auctoris famam, tūm ob Interpretis litteratissimi commendationem meritò di-gnandus.

70. Foliis duobus scripturâ vacantibus in-terjectis, subeunt Rhetoricarum rerum Ex-cerpta tria ex incertis Auctoribus, quo-rum primum incipit: Οἱ ἡγεμονὶς λόγος ἀν-λογῆ τῷ ζῷῳ. καὶ ὥστε τῷ ζῷῳ διαφέρεται εἰς τοια.

Eodem averso. Et tituli, et Auctoris no-

mine destituta Hermogenis Vita, sic incipiens: Ερμογένης παρεῖν ὁ ἐπίκλητος ξυτὴρ σοφίας. Hæc eadem fere est, quæ apud Suidam occurrit in *Ephemerous*, sed aliquantò adductior.

71. *Ephemerous* ῥήτορος περὶ τάσεων. Hermogenis Rhetoris de Statibus. Ad oram è regione adscriptus est hic alter titulus: *Ephemerous* ῥήτορος τέχνης ῥήτορικῆς. Hermogenis Rhetoris Ars Rhetorica. Incipit: Πολλῶν ὄντων καὶ μεγάλων ἡ τὸν ῥήτορικὴν σωμάτων. Hic nimirum est Hermogenis *de Statibus* Liber.

90. averso. *Περὶ τασθίων τεχνομιών*. De Proœmiis (sive Exordiis) ab Opinione. Incipit: Η ὥρατη καὶ καλλιτὴ τῶν τεχνομιών. Ejusdem scilicet *de Inventione* Liber primus, quem reliqui tres, prout in excusis se habent, ex ordine consequuntur.

127. *Εξήγησις τοῦ περὶ ιδεῶν*. Expositio Libri de Ideis (sive Formis oratoriis). Incipit: Τὸν πολιτικὸν λόγον δὲ καὶ τὸν δυνατὸν εἰχειν τούτου τὸ δυνάμενον. Desinit: καλλος ψευδότης ἀλήθεια δεινότης. Hæc Expositio desideratur in excusis exemplaribus; est verò haud dubiè alicujus Commentatorum, qui hoc *de Ideis* Opus explanarunt.

Eodem averso. Incipit ipsum Opus tali titulo: *Ephemerous* περὶ ιδεῶν. Hermogenis *de Ideis* (Liber primus). Incipit: Εἴ περ ἄλλο πᾶν ῥῆτορες τὰς ιδέας οἷμεν τοὺς λόγους.

153. Sine titulo à superioris Libri verbis discreto, sub finem prioris paginæ, *Tόμος Α.* περὶ ψευδότητος. Tomus II. De concitato Genere dicendi (*de Ideis* nempe Liber secundus). Incipit: Καλὸς μὲν οὐκ ἄμα ὅγκος καὶ ἀξιώματα λόγους.

175. *Ephemerous* περὶ μεθόδου δεινότητος. Hermogenis *de Methodo Vehementiæ*. Incipit: Πάντα μέσης λόγου εὑρίσκει μὲν ἐπὶ μηνύσει τραγουδατος. Desinit: τὸ γὰρ λίαν λυπεῖσθαι τῇ ἀποφύσει δεδίλασεν:-

Calligraphi manu subscriptum *fol. 181. averso*: Τέλος τῆς περὶ μεθόδου δεινότητος: καὶ πάσοντος ῥήτορικῆς. Id est: *Finis Methodi Vehementiæ, totiusque Rhetoricae*.

Paulò inferiùs Constantini Lascaris autographa hæc Annotatio: Κωνσαντῖνος ὁ λάσκαρις εὐρόδων ηπισάμενος ἐγένετο ἀλλ. καίπερ παλαιᾶ καὶ σαφῆ. Hoc est: *Constantinus Lascaris Rhodi* (hunc librum) nactus, (eo) semper usus est, quantumvis vetusto ac purtrecto.

Et sanè *Hermogeniani* operis pleraque pars hoc Codice contenta, nempe à folio 76. ad folium 181. mandata est chartæ et

vetustate, et madore corruptæ; adeoque litteris est passim ferè deletis. Initio tantum atque in fine pauca, quæ suppleta sunt, chartā nitent manuque recentiori, Constantini videlicet *Lascaris*, et aliâ nobis ignotâ. Cæterū Libri tertii et quarti *de Inventione*, ac primi *de Ideis* margines Scholiis tūm prolixioribus, tūm minutè exaratis plenos videas.

182. *Προβλήματα* ῥήτορικὰ εἰς τὰς τάσεις. Problemata (sive Propositiones) Rhetoricae in Status. Initium: Νόμος σκέλεν τὴν ὄρφανην μήτε ἐπίτεσπον αὐτῆς μήτε τὸν ἐπιτέσπον πάθεα εἰς γάμον ἀγειν. Finis: φιλόσοφος μοιχὸν εὐρῶν ἐπὶ τῇ γυναικὶ συνάκησεν αὐτῷ τὴν γυναικαν καὶ κρίνεται παρενομίας:-

Cujus sint hæc Problemata, non liquet. Auctorem forsitan habent aliquem ex illis *Statuum Hermogenis* Interpretibus, quos Aldus evulgavit, neque explorandi continet nobis copia.

189. Interpositis quatuor prope foliis litterarum inanibus, sequitur *Εξήγησις εἰς τὰς τάσεις τοῦ ἐρμογένους*. Expositio in Status Hermogenis. Incipit: Πολλῶν ὄντων. λειψότων μὲν ἀποδίδωσι τὸν τῆς ῥήτορικῆς ὄρον ὁ ἐρμογένης. τέχνην μὲν ποιαύτην εἶναι φησι φανερῶς. Desinit: ὀσαύτως καὶ ζωγράφος πάντα τὰ σὲ μαραθῶνι γράφεις τὸν πάντα οὐκ ἐποίησε συμμαχοῦτα τοῖς ἀθηναίοις. καὶ κρίνεται ἀσέβεια:-

Hæc Expositio, ut ab illa, quam *fol. 8. averso* recensuimus, diversa: ita eadē multo fusior est. Auctorem verò, ut suspicamus, habet aliquem ex *Hermogenis Statuum* Explanatoribus ab Aldo publicatis.

219. Omissa Inscriptione, Excerptum de Rhetorjcis Partitionibus, ex ignoto Auctore. Incipit: Καθῆκον τοῦ ῥήτορος εἴτε τὸ δυνατηναῖς ἀπεῖν ἡ πρὸς γένοιν πολιτικὴν. Desinit: λάθρα δ' ὅμως λέξομεν.

*Problemata*, et *Expositio* proximè recentita, tūm etiam hoc *Excerptum* descripta sunt Constantini *Lascaris* manu.

220. Absque titulo, Liber *de Anima*, non Aristotelis, sed ignoti Auctoris opus, et initio et fine deficiens. Quod ex eo reliquum est, incipit: Τοῦ ἐόντος εἴπερ εὐ εἴκετο ὄντι οὐδὲν ἔτερον παρεχθεῖν; desinit verò: πλάττει γὰρ αὐτὴν τὸ σῶμα καὶ οὐχ ἔτοιμον παρελαμβάνει.

Id Opus, quod gracilibus pressisque litteris exaratum, constat foliis 8. manus à Constantini *Lascaris* manu longè diversa, sed ejusdem, ut videtur, Sæculi, descriptis. Hic

Hic finem habet universus Codex. At ne cæterorum Librorum recensionis series perperam abrumperetur, mentionem de Scheidâ ejusdem *Lascaris autographâ*, foliis 176. et 177. intersextâ, huc rejiciendam tenemuimus. Agit ille ibi primum de Scriptis quæ in nonnullis Auctorum exemplaribus desiderabantur, tūm de aliis quæ invenire ac perlustrare cupiebat, postremò de *Claudiani Gigantomachia* Græcis versibus expressa, de qua, si Deus annuerit, in *Codice LXI.* fusè disseremus.

## XLIV.

Chartaceus in quarto majori, paginârum 104. chartâ rubris lineis per singulos margines distinctâ, litteris quidem satis perspicuis, sed scripturâ mendosissimâ, Sæculo XVII. ineunte, ut videtur, exaratius, qui *Photii Epistolas XLVII.* annexâ *Demetrii Chrysolorae Pulicis Laude*, complectitur hac ratione digestas.

Sed priusquam recensionem aggrediamur, admonere visum est, totum Codicem alternis páginis scriptis et inscriptis, præterquam duabus, quas indicabimus, constare; ita ut cuique Græci sermonis páginæ altera vacua, Latinæ Interpretationis capax, exadversum respondeat.

Pag. I. Επιστολὴ φωτίου ἐπισκόπου Καισαριανοπόλεως. Ταρασίω ἀδελφῷ. ἡ. Epistolæ Photii Episcopi Constantinopolitani. Tarasio Fratri. I. Incipit: Εἰ μηδὲ τῶν ἀδικούντων γέλωσι ἀμαρτανόντων. Huic Epistolæ respondet ex adverso Interpretationis Latinæ particula ad initium tantum pertinens.

II. Ιωάννη ἀποστόλῳ (rectè in excisis απαθαρίῳ) τῷ Χρυσοχοῖ (in excisis Χρυσοχέρῃ) ἡ. Joanni Spathario Chrysochiri. II. Incipit: Η τῆς πειάδος σύγχρονος ἀνάρτου τῶν ψευσάσθων ποιεῖ.

III. Τῷ ἀντῷ. γ. Eidem. III. Incipit: Ωσπερ ἐπὶ τῆς θεολογίας τὸ τέλος ὁμολογεῖν οὐσίας.

Θεοδώρῳ μητροπολίτῃ λαοδικείᾳ. δ. Theodooro Metropolitæ Laodiceæ. IV. Incipit: Εἰ τάδεν ἔστι ὁ παρὸν βίος.

V. Βαρναβᾷ μονάχοι. ἡ. Barnabæ Monacho. V. Incipit: Τί θρηνεῖς πενίας;

Σαφρονίῳ μονάχοι. τ. Sophronio Monacho. VI. Incipit: Ωσπερ ἀπὸ τῶν πειμάτων οὐλαγ.

VII. Λέοντι λογοθέτῃ τῷ μαδιάμ. ζ. Leoni Logothetæ Madiam. VII. Incipit: Εὐτύχια μὲν γέ τὸ φίλοις ἔχειν.

19. Αλεξανδρῷ. ἥ. Alexandro. VIII. Incipit: Αλέξανδρος ὁ μακεδὼν καὶ μακεδόνων ἄρας εἰς ὕψος.

Ιωάννη απαθαρίῳ. θ. Joanni Spathario. IX. Incipit: Αριστού μὲν κρείτονα φαύλης οὐρανοῦ ζεύσθαι.

21. Μιχαὴλ πατρικίῳ καὶ σπανελλαρίῳ. ἰ. Michaeli Patricio et Sacellario. X. Incipit: Εἰ μὲν φιλεῖς, ἀδικεῖς εἰ δ' οὐ φιλεῖς, πλέον ἀδικεῖς. Huic Epistolæ respondet è regione Latina Interpretatio.

Λέοντι λογοθέτῃ τῶν μακεδόνων (in excisis τῷ Μαδιάμ). ἰā. Leoni Macedonum Logothetæ. XI. Incipit: Υπ' χρονίᾳ πνεος τῶν ἀδικημάτων δίκης ἐν τῷ βίῳ.

23. Αρσενίῳ μονάχῳ. ἰc. Arsenio Monacho. XII. Incipit: Πολλοὶ γέ τῶν παρ' ἑλλησιν εὐδοκιμούσαντων.

Ιωάννη πατρικίῳ καὶ στρατηγῷ (in excisis additur Ελλάδος). ἰγ. Joanni Patricio et Duci. XIII. Incipit: Εἰ μὲν φιλεῖς, ἀδικεῖς εἰ δὲ μὴ φιλεῖς, ἀδικεῖς.

25. Μιχαὴλ τῷ απαθαρίῳ (in excisis απωπαθαρίῳ). ἰδ. Michaeli Spathario. XIV. Incipit: Τὸ σῶμα τοῖς νόσοις, οὐ δὲ ψυχὴ τοῖς παθήμασιν.

27. Γεωργίῳ τῷ Ξενοδόχῳ (in excisis Διακόνῳ καὶ Ξενοδόχῳ). ἰε. Georgio Hospitalario. XV. Incipit: Ερᾶς ξενημάτων διὰ τοῦτο ἀρετῆς οὐκ ἔρας.

Hoc loco id, ut mirum, annotandum visum est, quod *Richardus Montacutius* in suâ *Photii Epistolarum* editione vocem Ξενοδόχῳ trifariam interpretetur, nempe *Hospiti*, *Hospitalario*, et *Xenodocho*; cum una veraque sit interpretatio *Hospitalario*.

Σάβᾳ ήσυχατῇ ἀποστάτῃ (in excisis μετὰ τῶν ἀποστάτων γεγονόπ.). ἰτ. Sabæ Anachoretæ Apostatae. XVI. Incipit: Πόθεν οὐ πάρος πάντα σου κίνησις βρεθεῖται.

29. Ιωάννη πατρικίῳ (in excisis Βασίλη προστῷ καὶ πατερικῷ). ἰζ. Joanni Patricio. XVII. Incipit: Ήν ποτε κρύφιος οὐ Ιωσήφ.

31. Γεωργίῳ διακόνῳ καὶ Ξενοδόχῳ. ἰη. George Diacono et Hospitalario. XVIII. Incipit: Τὴν ὑλην, οἱ παρ' ἑλλησι δικοῦντες εἶναι σοφοί.

Μητροφάνει μονάχοι (in excisis additur ἀποστάτοις). ἰθ. Metrophani Monacho. XIX. Incipit: Τῆς πανηρίας τὸ πάθος, πάθος γὰρ ἔχωμεν μάλιστα.

33. Δαμιανῷ Ξενοδόχῳ. κ. Damiano Hospitalario. XX. Incipit: Ήνε χθὲς, ὡς ήμᾶς, περὶ λύχνων ἄφας.

35. Τῷ ἀντῷ. κἄ. Eidem. XXI. Incipit: Τὸ στηγανὸν ἀδικούμενον μείζονα τῶν ἀδικούντων.

37. Νικήτᾳ ἀσταθείῳ (leg. σταθαρίῳ, in excusis Περπαταθαρίῳ). κ. Nicetæ Spathario. XXII. Incipit: Αὐχῆς ὅπιονέων ἔφις εὗ γεγενότων.

Βαάνῃ φραγμοσίτῳ. κ.γ. Baanæ Præposito. XXIII. Incipit: Ην ποτε ράμαιοις, ἀλλὰ καὶ ἔλλοις.

39. Θεοφίλῳ σταθαρίῳ (in excusis φρωτοσταθαρίῳ). κ.δ. Theophilo Spathario. XXIV. Incipit: Ταχὺ μανθάνεις τοὺς φίλους.

41. Ταρασίῳ πατρικίῳ ἀδελφῷ. κ.ε. Tarasio Patricio Fratri. XXV. Incipit: Τέθυηκεν δοίλος τῷ σώματι.

Θεοδότῳ (in excusis adjectum σταθαροχανδιδάτῳ). κ.τ. Theodoto. XXVI. Incipit: Απαντα μὲν τὰ ἀνθρώπινα συγκαταρρέει τῷ ζεύτῳ.

43. Θεοδωσίῳ (in excusis Θεοδώρῳ) ἡγουμένῳ. κ.ζ. Theodosio Hegumeno, sive Abbatii. XXVII. Incipit: Τὴν ἀρσάπου γνώμην ἐπιέδωκε.

Γεωργίῳ διακόνῳ (in excusis accedit καὶ Κουκουλεσίῳ). κ.η. Georgio Diacono. XXVIII. Incipit: Απαγορεύει σοι, φίλων ἄριστοις.

47. Ζαχαρίᾳ Μητροπολίτῃ Χαλκηδόνος. κ.θ. Zachariæ, Chalcedonis Metropolitæ. XXIX. Incipit: Εἰ ἐγὼ τὸν ἐμὸν Ζαχαρίαν ἀγνοῶ.

51. Βαρύλᾳ μαγίστρῳ (in excusis adjicitur πατρικίῳ) καὶ κουροπαλάτῃ. λ. Barnabæ Magistro et Ceuropalatae. XXX. Incipit: Επὶ τὸ ἄλγος τῶν τεραυμάτων.

59. Τῷ ἀντῷ. λ.α. Eidem. XXXI. Incipit: Εἰ καὶ νῦν ὄχληρος δόξω καὶ περιθῆς.

61. Βάρδᾳ Καίσαρι. λ.β. Bardæ Cæsari. XXXII. Incipit: Χαίρομεν ἐπιρεαζόμενοι.

63. Ιωάννῃ Μητροπολίτῃ Ηερακλείᾳ. λ.γ. Joanni Metropolitæ Heracleæ. XXXIII. Incipit: Απολοφύῃ τὰ σὰ, ὅπι τὰ ἡμέτερα ἀγνοεῖς.

65. Βασιλεῖ Βασιλείῳ. λ.δ. Regi Basilio XXXIV. Incipit: Εγὼ μὲν φίλοις, τῆς ὑμῶν κραταριουμένης βασιλείᾳς.

67. Ιωάννῃ στρατηγῷ πελοποννήσου (in excusis Ιωάννῃ Ασταθαρίῳ καὶ στρατηγῷ φιλοπονήσου\*). λ.ε. Joanni Duci Peloponnesi. XXXV. Incipit: Ανω ποταμῶν, ἡ παροιμία.

\*Rectius in Codice nostro πελοποννήσου, quam φιλοπονήσου, quæ regio ubi gentium sit, ipse supra laudatus *Montacutius* nescire se profitetur.

Βάρδᾳ μαγίστρῳ καὶ κουροπαλάτῃ. λ.τ. Bardæ Magistro et Ceuropalatae. XXXVI. Incipit: Ηδειν ἐγὼ καὶ τῷ πείρασι.

73. Βασιλείῳ πατρικίῳ καὶ ἐπάρχῳ (in excusis accedit πόλεως). λ.ζ. Basilio Patricio et Præfecto. XXXVII. Incipit: Εἴρει τὰ καλά, καὶ τῆς ἀρετῆς ἡ χάρις οἴχεται.

75. Ζωσιμᾷ μοναχῷ (in excusis μονάχοντι καὶ ιουχατῇ). λ.η. Zosimæ Monacho. XXXVIII. Incipit: Ορεά σοι τὰ δῶρα, κάστα.

Μετροφάνῃ ἀρχιεπισκόπῳ ἀποστάτῃ (in excusis μοναχῷ ἀποστάτησαν). λ.θ. Metrophani Archiepiscopo Apostatae. XXXIX. Incipit: Οὐδέτος ἀνθρώπων, οὐ δ' ὁ τέλεος.

77. Σεργίῳ ἀδελφῷ. μ. Sergio Fratri. XL. Incipit: Οὐ καταρητορεύουσα τῆς ἡμετέρης εὐπειτίας.

81. Θεοδώρῳ Μετροπολίτῃ λαοδικείᾳ. μ.δ. Theodoro Metropolitæ Laodiceæ. XLI. Incipit: Εἰ τέλος παρεῖας τὸ ἑαυτὸν ἀγχύνεοθα.

Ιωάννῃ πατρικίῳ καὶ σακελλαρίῳ (in excusis additur κατὰ τοὺς Αγιουρείους). μ.ε. Joanni Patricio et Sacellario. XLII. Incipit: Λίαν ἐμοὶ γε δοκεῖ καλῶς καὶ σωτεῖτος.

Ταρασίῳ ἀδελφῷ. μ.γ. Tarasio Fratri. XLIII. Incipit: Ακμάζει τὸ πάθος, καὶ τὸ κακὸν ἐπιτίνεται.

83. Ιωάννῃ Σπαθᾷ (leg. ut in excusis Σπαθαρίῳ). μ.δ. Joanni Spathario. XLIV. Incipit: Οὐκ ἐλύπησας ὅπι ἡπάτησας.

Ιωάννῃ πατρικίῳ καὶ Σακελλαρίῳ (in excusis additur κατὰ τοὺς Αγιουρείους). μ.ε. Joanni Patricio et Sacellario. XLV. Incipit: Ελοίμυν ἀντὶ ἐγκατεῖται φίλοις ἐμαυτῷ.

85. Ηλίᾳ ἀστάθῃ (leg. σταθαρίῳ; in excusis φρωτοσταθαρίῳ). μ.τ. Heliæ Spathario. XLVI. Incipit: Οἱ πειρασμοὶ πειραζομένων γίνονται.

Θεοφίλῳ φραγμοσίτῳ. μ.ζ. Theophilo Præposito. XLVII. Incipit: Τὸ μὲν ἀγαπᾶν τοὺς μισοῦντας.

Hactenus Photii Epistolæ. Continuò, duabus paginis puris interpositis, sequitur:

Δημητρίου τοῦ χρυσολαρᾶ τοῦ μεσάζοντος ψύλλης ἐγκάμμων. Demetrii Chrysoloræ Mesazontis (Regii Ministri) Laus Pulicis. Incipit: Ψύλλα ζώον ἐστὶ ἀπάγων λεπτώτερον καὶ μεγέθει τῶν ἄλλων ὅσου ἀφίσαται ποσούτοις ὑπερέχει. Desinit: καὶ σοφία πόρρω καὶ οἵς τὸ σωδαζόμενον ἡ ἀμελία τὰ εἰρημένα πάντας ἀρκεῖ.

De hoc Demetrii Libello chartis vel impresso, vel inscripto nihil in *Bibliotheca Fabricii*, nihil in longè plurimis, quos perlustravi, Librorum MSS. Catalogis. Quare non modò typis ineditus, sed etiam MSS. inter Codices infrequens existimandus est, atque ob ejus tūm infrequentiam, tūm argumenti festivitatem evulgari planè dignus.

Universus demum Codex, Italâ manu (quod non temerè credimus) exaratus, tot ac tantis undequaque mendis scatet,

ut

ut plerasque Photii Epistolarum Inscriptio-  
nes et Initia nobis fuerint emendanda. Va-  
riantes vero Lectiones, earum Inscriptio-  
nibus additas, è Richardi Montacutii edi-  
tione deprompsimus.

## XLV.

Membraneus in quarto, foliis constans  
217. membranâ mediocriter densâ, for-  
mâ litterarum venustâ, Sæculo XIV. ferè  
dimidiato exaratus, olim ex Bibliotheca  
*Joannis Fernandez de Velasco*. Eo Pauli *Egi-*  
*netae de Re Medicâ Librorum pars conti-*  
*netur.*

Fol. 1. Codex inscriptionis expers, at-  
que initio et fine mutilus exordium du-  
cit à Fragmento ex Capite LVII. de *Lum-*  
*briticis Libri IV. Pauli Eginetæ*, quod Fra-  
gmentum ab his verbis incipit: ύ κηρωτὴν  
δὲ αρό.

4. averso. Præmisso Capitum Indice, quæ  
LXVI. quot in excusis, numerantur, Li-  
ber V. ita incipit: Τὸν περὶ τῶν ισβόλων ζώων  
ποιούμενοι δίδασκαλίαν.

30. averso. Post Indicem, qui Capitibus  
CXXII. ut excusus, constat, Liber VI. in-  
cipit: Τὸν περὶ τῶν χειρουργουμένων λόγον διχῆ  
διελόντες.

125. Præente pariter Indice, qui Capi-  
ta XXVI. quot excusus, complectitur, Li-  
ber VII. incipit: Οὔτ' ἐξ ὀδυῆς ἐστιν ἀσφαλέσ  
πι τεκμήχασθαι περὶ τῆς κράσεως; desinitque  
in Capitis Decimi sexti Sectionem, quæ  
inscribitur: Τὸ ἀπολλοφάνοις φρὸς ἱπατικούς.  
Apollophanis (Malagma) ad jecorosos; ita  
ut ipsa inscriptio sit Codicis clausula.

## XLVI.

Membraneus in quarto majori, habens  
folia 145. crassiori membranâ, vetustio-  
ris scripturæ abrasæ vestigia præferente,  
rudibusque litteris, à *Thyto Thoma* anno  
MCCCXLVII. exaratus, olim ex Bibliotheca  
*Joannis Fernandez de Velasco*.

Eo continetur expers tituli et initii Li-  
ber Ecclesiasticus, Οκτάρχος dictus, id est  
*Octotonus*, hoc Sectionum, rerumque iis  
complexarum ordine digestus.

Fol. 1. Principium deducit à Fragmento  
*Sticheran*, sive *Versuum Dominicalium*, Sab-  
bato ad Vespertas, secundūm *Echum*, sive  
*Tonum* primum, cuius Fragmenti hæc pri-  
ma verba: ὁ τὸν θάνατον παθίσας, ύ τῷ γέ-

νῃ τῶν ἀνθρώπων τὸν ἀπελεύθητον ζῶν διαρού-  
μενος; postrema hæc: πιγὴν ζῶν τὸν κύριον  
καὶ χαρετομένην περίσσει πάρθενε τούς σε μετα-  
λύνοντας:-

3. Σπιχρὰ ἀνατάσμα τῷ Σαββάτῳ ἑσπέρᾳ, εἰς τὸ Κύριε ἐκέραξα. Ἡχος β. Stichera Dominicalia, Sabbato ad Vespertas, in illud *Domine clamavi. Echus II. Incipiunt*: Τὸν τῷρον ἀράνων ἐν πατέσδε γεννηθέντα, τὸν θεὸν λόγον σαρκωθέντα. Desinunt: Μῆτερ ἀγία τοῦ ἀφράσου φωτὸς ἀγγελικοῖς σε ὑμοῖς πιμόντες μεγαλύνομεν.

12. averso. Σπιχρὰ ἀνατάσμα τῷ Σαβ-  
βάτῳ ἑσπέρᾳ, εἰς τὸ Κύριε ἐκέραξα. Ἡχος γ. Stichera Dominicalia, Sabbato ad Vespertas, in illud κύριε ἐκέραξα. Echus III. Incipiunt: Τῷ ζαυρῷ χριτὴ Σωτέρ θανάτου κρά-  
τος λέλυτα. Desinunt: Ράβδον δυνάμεως κε-  
πτημένοι πιστοὶ τὸν ζαυρὸν τοῦ νιοῦ σου θεοτόκε  
ἐν αὐτῷ γὰρ καταβάλλομεν τὰ φεύγομά τοῦ ἐχθροῦ διὸ καὶ μεγαλύνομεν τὸν τόκον σου  
τὸν ἀγαντον.

21. averso. Σπιχρὰ ἀνατάσμα τῷ σαββά-  
τῳ ἑσπέρᾳ, εἰς τὸ κύριε ἐκέραξα. Ἡχος δ. Stichera Dominicalia, Sabbato ad Vespertas, in illud κύριε ἐκέραξα. Echus IV. Incipiunt: Τὸν ζωόποιον σου ζαυρὸν ἀπάντως προσωποῦν-  
τες. Desinunt: Σὲ μεγαλύνομεν θεοτόκε πάρ-  
θενε καὶ βοῶντες οἱ πιστοὶ χαῖρε ἀδίτου φωτὸς  
νεφέλην αὐτὴν έργασσα.

31. Σπιχρὰ ἀνατάσμα τῷ σαββάτῳ ἑσπέρᾳ, εἰς τὸ κύριε ἐκέραξα. Ἡχος πλάγιος α. Stichera Dominicalia, Sabbato ad Vespertas, in illud κύριε ἐκέραξα. Echus obliquus I. Incipiunt: Διὰ τοῦ πιμού σου ζαυ-  
ροῦ Κειτὴ διάβολον ἔχων. Desinunt: Μῆ-  
τερ παναγία τὸ πεῖχος τῶν χειριστῶν ρῦσα  
λαὸν σωτίθως πραγγάζοντα σοι σκηνῶς ἀντεχ-  
θέντη. ύ σῶσον τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

41. averso. Σπιχρὰ ἀνατάσμα τῷ σαβ-  
βάτῳ ἑσπέρᾳ, εἰς τὸ κύριε ἐκέραξα. Ἡχος πλά-  
γιος β. Stichera Dominicalia, Sabbato ad Vespertas, in illud κύριε ἐκέραξα. Echus obliquus II. Incipiunt: Νίκην ἔχων Χριτὴ,  
τὴν κατὰ τοῦ ἄδει τῷ ζαυρῷ ἀγῆλθες. De-  
sinunt: Σὲ δυσωποῦμεν ὡς θῶ μρᾶ φρέσεις  
σωθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

50. Σπιχρὰ ἀνατάσμα τῷ σαββάτῳ ἑσπέ-  
ρᾳ. Ἡχος βαρὺς, εἰς τὸ κύριε ἐκέραξα. Stichera Dominicalia, Sabbato ad Vespertas. Echus gravis, in illud κύριε ἐκέραξα. Incipiunt:  
Δεῦτε ἀγαλλιασώμεθα τῷ Κυρίῳ τῷ σωτη-  
ρίστῃ θανάτου τῷ κράτος. Desinunt: Καῆρε  
τῶν προφητῶν τὸ κύριον μα. δι ἦς ιμῖν ἔλαμ-  
ψει ὁ ἐμπλακούλ. χαῖρε παναγία πάρθενε.

57. Σπιχηρὰ ἀνατάσιμα τῷ σαββάτῳ ἐστί-  
ρας, εἰς τὸ κύριε ἐκέραξα. ἦχος πλάγιος δ.  
Stichera Dominicalia, Sabbato ad Vespe-  
ras, in illud κύριε ἐκέραξα. Echus obliquus  
IV. Incipiant: Εαστερινὸν ὑμεῖς χ' λογικὴν λα-  
τρείαν σοι Χριστὲ καθοφέρομεν. Desinunt: ἐν  
μίτιᾳ σου λαβόντα δοῦλου μορφὴν ἔξιστα  
κραυγάζειν σοι χᾶρε νύμφη ἀνύμφευτε.

66. Αρχὴ τῶν ἑωθινῶν τῶν ὄντων ἦχον τῆς  
ἀναστάσιμου. Εαθινὸν α. Initium Matutinorum  
octo Echorum diei Dominicæ. Matutinum  
I. Incipit: Τοῖς μαθηταῖς σωλήθωμεν ἐν ὄρε  
χαλιλαίσ.

Hujusmodi *Matutina* sunt omnino XI.  
eaque brevissima; quippe à fol. 66. ad fol.  
70. aversum tantummodo pertingunt. Po-  
stremi hoc initium: φοβερὸν σε ἀντὸν τοῖς μα-  
θηταῖς σου; hic finis: ἐν ταῖς φρεστείαις Χρι-  
στὸς τὸν ποίμνην σου διαφύλαττε ὡς λύκον λυ-  
ραγούμεναν αὐτὸν:-

Statim excipit Scribæ talis Subscriptio,  
in qua tam male se καλλίλογον ostendit,  
quād male ubique καλλίγραφον:

Τέλος τούτου βιβλίου θῦ χάρις ἀμήν.  
Ωστερ ἔνοι χαίρουσιν ἴδεν αὐτῶν πατρίδα  
οὕτῳ καὶ οἱ γράφοντες βιβλίου τέλος.  
ἐγράφει διὰ χειρὸς θύτου θαμᾶ.  
ἀμαθής τῆς θείας χραφῆς καὶ μῆκρὸς τοῦ νοὸς  
παραχειλῶ πάντες οἱ ἀναγνώσκοντες εὑχεθε.  
νταφ' ἐμοῦ διὰ τὸν κν. καὶ μὴ καταρασθε.  
ἐπι καὶ ὁ γράφεις παραχειλάφει καὶ σφάλματα  
πολλάκις:-

Επι τ. χίλια ω νε ἵδικ. ἐθῦ χάρις ἀμήν.

Hoc est: *Finis hujus Libri. Deo gratias.*  
*Amen. Quemadmodum Peregrini gaudent Pa-*  
*triā suā videre: ita Scribæ videre Li-*  
*bri finē. Descriptus est manu Thyti Tho-*  
*mæ. S. Scripturæ indoctus, atque ingenio exi-*  
*guus, omnes Lectores rogo, ut pro me Do-*  
*minum orent; neque Scribam execrentur, quod*  
*mēda sēpiūs scriperit.*

Anno 6855. (id est Anno Christi 1347.)

Indictione XV. *Deo gratias. Amen.*

Liber hic Οκτώχος, de quo hactenus  
egimus, excusus est Venetiis cùm sacerdē  
aliās, tūm Anno MDCCLII. in Αἴθολογίᾳ  
τοῦ ὄλου ἐνιαυτοῦ παρὰ Νικολάῳ Γλυκῇ, τῷ  
ἔξι Ιανουάριῳ. Sed hic Mstus in multis ab  
excuso discrepat, quippe modò contra-  
ctior, modò uberior, modò longè diver-  
sus, licet in principiis planè idem.

70. averso. Εὐαγγέλιον ἑωθινὸν α. κατὰ Μα-  
θᾶ. Evangelium Matutinum I. secundum  
Matthæum. Incipit: Τῷ καμψῷ σκείνω οἱ ἑν-

δεκα Μαθηταὶ ἐπορεύονται εἰς τὸν Γαλιλαῖαν.

Εαθινὸν C. κατὰ μάρκον. Matutinum II. se-  
cundum Marcum. Incipit: Τῷ καμψῷ σκείνω  
διαχειρομένου τοῦ σαββάτου.

Εαθινὸν γ. κατὰ μάρκον. Matutinum III.  
secundum Marcum. Incipit: Ανατάς ὁ Ιη-  
σοῦς ὥρᾳ ὥρᾳ Σαββάτου, ἐφάντησε τὸν  
Μαρία.

71. averso. Εαθινὸν ἐ κατὰ λοῦκαν. Matu-  
tinum V. secundum Lucam. Incipit: Τῷ  
καμψῷ σκείνω ὁ πέτρος ἀνατάς.

Desiderantur reliqua sex *Evangelia Ma-*  
*tutina Dominicalia*; omnia verò in Parte  
II. supra laudati *Anthologii Venetiis excu-*  
*si continentur, sic inscripta: Εὐαγγέλια ἑω-*  
*θινὰ ἀνατάσιμα τὰ ἑα. Eadem etiam in Par-*  
*te invenitur Ακολουθία, sive Officium Octo*  
*Echorum Matutinorum Dominiculum, su-*  
*pra fol. 66. memoratum, quod ibidem*  
*Εξαποτελάρια ἀνατάσιμα inscribitur.*

73. Sine titulo universali, *Officia vide-*  
*licet, quæ totum per annum in Christi,*  
*Virginis Deiparæ, Sanctorumque Festis*  
*concinuntur à mense Septembri ad totum*  
*mensem Julium; deficit enim mensis Au-*  
*gustus. Septembri verò præfixus talis est*  
*titulus: Μηνὶ σεπτεμβρίῳ εἰς τὸν ἑα. ἀρχὴ τῆς*  
*Ινδίκτου Συμέωνος τοῦ γολίτου καὶ τῶν αγίων μ.*  
*γυναικῶν προπάριου ἦχος. C. Mense Septembri,*  
*in diem primum. Initium Indictionis. Si-*  
*meonis Stylitæ, et Sanctorum L. Mulierum*  
*Troparium. Echus II. Incipit: Ο Πάτερ θυ-*  
*μιουργὸς τῆς κτίσεως σκεπγός (leg. ὁ κυρεὺς) καὶ*  
*ζεύοντος εἰ τῇ ἴδιᾳ ἔξουσίᾳ θέμενος.*

Hæc *Officia* non planè cum annuis Of-  
ficiis consentiunt, quæ in citato superiùs  
*Anthologio* reperias; illa enim multo his  
überiora. Quamobrem verò simile est hæc  
fuisse in *Compendium redacta.*

Vetustum hunc Codicem Annus diser-  
tè adscriptus eò magis commendat, quod  
in Regiæ hujus Bibliothecæ antiquis exen-  
plaribus testimonium annorum, quibus de-  
scripta sunt, rariùs inveniatur.

## XLVII.

Chartaceus formâ quarti oblongâ, par-  
tim *Constantini Lascaris* manu, partim aliâ  
longè vetustiore, Sæculi nimirum XIV. jam  
inclinati, aliquot *Euripidis*, *Sophoclis* et  
*Eschyli* Tragœdias, et Plutum *Aristophan-*  
*nis* eo complectens ordine, qui sequitur.

Fol. 1. Superiori margini præfixa est hæc  
*Lascaris Inscriptio:*

Η'δε ἡ παρπάλαιος βίβλος περιέχει τρεῖς τραγῳδίας τοῦ εὐριπίδου. καὶ τρεῖς τοῦ σοφοκλέους. καὶ τρεῖς τοῦ αἰχύλου (sic) καὶ πλοῦτον τοῦ ἀειφόρου.

κατῆμα κωνσταντίνου λασκαρέως τοῦ βυζαντίου.

Id est: *Hic vetustus omnino Liber complexitur tres Tragaedias Euripidis, tres Sophoclis, et tres Aeschyli, et Plutum Aristophanis.*

*Possessio Constantini Lascaris Byzantini.*

2. Absque titulo, *Euripidis Vita*, qualis apud Suidam in *Euripiðus* legitur, excepto quod in hujus fine accedant hæc: Επιγέ-  
χεπλα δὲ αὐτῷ τοῦτο. Οὐποτε σὸν μῆνα εὐ-  
ριπίδες ὄλοιτο που. ἐπίγραψε δὲ καὶ ἄλλο θουκυ-  
δῆς; statimque subjicitur Thucydidis in  
Euripidem Tetrastichon sepulcrale, ab hoc incipiens versu:

Μῆνα μὲν ἔλλας ἄπασ' εὐριπίδου. ὄτεα δὲ γέχει.  
Quod quidem extat in *Anthologiam* typis We-  
chelianis anno MDC. editâ, sed Auctoris  
nomine destitutum; nisi forte *Ioni* adscri-  
bendum sit, cuius nomini subjacent ibi  
alia in *Euripidem* Epigrammata.

Eod. averso. Omissâ inscriptione, Argu-  
mentum *Hecuba* Euripidis, quod incipit:  
Η νοσθεοῖς ἐκάλει εὐριπίδου τοιάντη. τις πυ-  
χάει γε οὖσα; desinunt: ἡ δὲ σκηνὴ ἐν χερρο-  
νισῷ τῆς θράκης ἀντικρὺ τῆς περιόδου: Excer-  
ptuum est ex illo, quod huic Dramati præfixum  
legitur in *Corporum Poetarum Graecorum*.

3. *Euripiðeu Enáclēi*. ἄδωλον πολυδάρευ περ-  
λογίζον. Euripidis *Hecuba*. Polydori Simu-  
lacrum, sive *Umbra proloquens*, hoc  
initio:

Ηκω νεκρῶν κευθυνᾶ καὶ σότου πύλας.

20. averso. Υπόθεσις τοῦ β. Hypothesis,  
sive Argumentum (Dramatis) II. Argumen-  
ti, quod brevissimum est, hæc prima ver-  
ba: Τὸ δεύτερον περίεχει πολλὰ δεινὰ καὶ πένθη.

Id excipiunt Versus Elegiaci XVIII. uno  
tenore, tanquam Heroici, procedentes, quo-  
rum inscriptio: *Iavos eis εὐριπίδην*. Ionis in  
Euripidem; initium verò ab hoc versu:

Χαῖρε μελαμπέπλοις εὐριπίδῃ ἐν γνάλοισι.  
Hos verò in *Anthologiae* supra laudatae Lib.  
III. Cap. 25. pagg. 394. et 395. reperias,  
in unum tamen Hexastichon, Tetrasticha  
duo, duoque Disticha distributos, sub-  
*Lib. XIII. vers. 72.* Codex uterque præfert *ἀγραλέη* pro *ἀγραλέω*, quod in excusis legitur. *Codex* verò *XXVIII.* *Ως δ' ὅτ'*, pro *Οὐδὲ ὅτ'*, quod habet tūm hic, tūm impressa Exemplaria. Post eundem quoque versum nulla extat defectūs Nota.

*Ibid. versus 169.* perinde in utroque Codice mancus, atque in excusis, cernitur. In hoc autem μύγδονα repräsentat, non μύγδονος, ut in *Codice XXVIII.* et Libro typis edito.

*Ibid. vers. 236.* ὄμηρον pro ὄμηρον.

*Ibid. post vers. 461.* nullum appetet vacuum intervallum.

*Lib. XIV. vers. 423.* in hoc Codice legas Αμφὶ λοχῶν βασιλῆ; in *Codice XXVIII.* inter αμφὶ, et βασιλῆ vacat unius dictio- nis spatiolum. Non itaque inscītē *Rhodomanus* λοχῶν intersetendum censuit.

Longè plura variarum *Quinti Lectionum* specimina libens producerem, si cæteros versus, præterquam asteriscis in supra laudata Editione distinctos, cum utriusque Codicis Exemplaribus comparandi otium suppeteret.

## LVIII.

Chartaceus in quarto, constans foliis 144. chartâ præcipuè candidâ et lœvigateâ, litterisque nitidis, *Constantini Lascaris* manus totus propemodum exaratus. Eo plura Scripta continentur, ad *Rheticam* ple- raque pertinēta, quorum en series et enarratio.

Fol. 1. Αειστέλος τέχνης ρήτορικῆς βιβλίου αρώτων. Aristotelis Artis Rheticæ Liber Primus. Incipit: Ρήτορική ἐστι ἀντίγροφος τῇ διαλεκτικῇ.

19. averso. Αειστέλος τέχνης ρήτορικῆς βιβλίου δευτερον. Aristotelis Rheticæ Liber secundus. Incipit: Περὶ δὲ τῆς κατηγορίας καὶ ἀπολογίας ἐν πόσῳ.

30. averso. Αειστέλος τέχνης ρήτορικῆς βιβλίου τρίτου. Aristotelis Artis Rheticæ Li- ber tertius. Incipit: Εκ τίνων μὲν οὖν δεῖ ταρ- τέπειν καὶ ἀποτρέπειν. Desinit: ἀλλὰ μὴ λό- γος οὐ. ἔρημα· ἀκηκόατε· ἔχετε· κρίνατε: - Sub- jicitur hæc operis clausula: Τέλος ἀριστέ- λος τέχνης ρήτορικῆς. Finis Artis Rheticæ Aristotelis.

83. Περὶ ἐπαγγῆς διογένος λαερτίου ὅν τοῦ βίου τοῦ πλάτωνος. De Epagoge (sive Inductione, Argumentationis genere) Diogenis Laertii ex Vita Platonis. Incipit: Επαγγή ἐστι λόγος διά πνευ ἀληθῶν. Desinit: τούτο δὲ ἐχεῖτο εἰς τὴν ἑαυτῷ δοκούντων κατασκευήν: Hæc de Inductione deponita sunt ex Diogenis Laertii *Lib. III. Segmentis 53. 54. et 55.* secundum *Menagianam* ejus Editionem. Eod. averso. Τί διαφέρει ἡ ρήτορικὴ τῆς δια-

λεκτικῆς. Quo differat Rheticæ à Dialec- ticâ. Incipit: Αλέξανδρος ὁ ἀφροδισιεὺς ταῦτη διαφέρει φησὶ τὴν διαλεκτικὴν τῆς ρήτορικῆς. De- sinit: διεξόδιον οὐν ἀντὶ τοῦ πλατυτέρους καὶ καθολικωτέρους. Excerptum scilicet ex *Ale- xandro Aphrodisiensi*.

Sine titulo. De *Epagoge et Syllogismo*. Ex- ceptum aliud ex incerto Auctore. Incipit: Οπὶ οὐ ἐπαγγή καὶ ὁ συλλογισμὸς ὄργανα εἰσι λόγων. Desinit: οὐδὲ διὰ τῶν καθ' ἔχεσα τὸ καθόλου δεικνὺς γέ τι πιστόμενος, οὗτος ἐστιν ἐπα- γγή: -

84. Θεοφράσου Χαρακτῆρες. Εἰρωτασ. Κολα- κείας. ἀδολεξίας. Αργοκίας. Αρεσκείας. Απονοίας. Δαλιᾶς. Λογοποίας. Αναιχυστίας. Μικρολογίας. Βδελυρίας. Αχειρίας. Πειρεγίας. Αναιδησίας. αὐ- θαδείας: - Theophrasti Characteres. Cavilla- tionis. Adulationis. Garrulitatis. Rusticitatis. Blanditiæ. Desperationis. Loquacitatis. Rumorum Confictionis. Impudentiæ. Sor- didæ Parcimoniæ. Impuritatæ. Intempesti- vitatis. Sedulitatis ineptæ. Stupiditatis. Ar- rogantiæ. Initium. Θεόφραστος πολυκλεῖ. Ήδη μὲν καὶ φρότερον πολλάκις ἐπιτίθεται τὸ διά- νοιαν ἔθαύμασσα. Finis: δεινὸς δὲ καὶ τοῖς θεοῖς μὴ ἐπεύχεσθαι: - Præter hæc Characterum Capita XV, alia XIII. in Theophrasti ope- rum *Heinsianâ* Editione reperias.

94. Interjecto duorum foliorum inanum spatio, Διονισίου ἀλικαρνασίως περὶ συθέσιας ὀνομάτων. Dyonisii Halicarnassei de Com- positione Nominum. Incipit: Δῶρον τοι καὶ ἔγα φίλε ρῦψε μέντε τοῦτο δίδωμι. Desinit: διὰ ταύτας γνόμενα τὰς ἀγίας.

In fine hujus Tractatūs desiderantur non- nulla quæ in excusis occurunt.

114. averso. Τοῦ αὐτοῦ διονυσίου ἀλικαρ- νασίως περὶ τῶν θουκεδίδου ἴδιωμάτων διονύσιος ἀμμαίῳ τῷ φιλτάτῳ χαίρειν. Ejusdem Dionysii Halicarnassei de Thucydidis proprie- tatis. Dionysius Ammaeo amicissimo gaudere. Incipit: Εγὼ μὲν τελεάμβανος ἀκρούντως δεδηλωκέναι. Desinit: Καθ' ἔχεσθαι αὐτῶν ἐκ τῆς κοινῆς ἐχητασμένα ωραγματεῖας ὡς ἐπεζήτεις: - εὐτυχῶς ἀμμαίῳ. Neuter Dionysii Tractatus *Lascaris* manu descriptus est, sed aliâ magis elegantî.

122. Post sesquifolii vacantis interval- lum, Προλεγόμενα εἰς τὴν ρήτορικὴν ἐρμογένειον. ὠφέλιμα καὶ εἰς τὰς τοῦ ἀριστέλος ρήτορικάς. ἀνάνυμον. Prolegomena in Hermogenis Rheticam utilia, et in Aristotelis Rheticas, opus anonymous. Incipit: Πολλοὶ πολλὰς τοῦ παρόντος βιβλίου τὰς ἀρχὰς ἐποίοσαντο. De- sinit: Περὶ δὲ τῆς ἐπιγραφῆς τοῦ ωραγματεῖου συ-

συγγράμματος ἐκεῖνο λέγομεν, ὡς ὅσοι μὲν ἐπέγραψαν περὶ ῥήτορικῆς ἀμαρτάνουσιν· οὐδὲ γὰρ περὶ πάσοις ῥήτορικῆς ἀφόκειται ἐνταῦθα ἐπεῖν· ὅπ μὴ δὲ τροχοίμια μὴ δὲ διηγήσεων καὶ τῶν λοιπῶν ἐνταῦθα ἔνι μαθεῖν. ὅσοι δὲ περὶ σάσεων ἐπέγραψαν, τὸν ἀληθῆ τοῦ τεχνογράφου σκοπὸν ἐπικίνδυνο:-

Hujusmodi Prolegomena non ad *Hermogenis* universam Rhetoricam pertinent, ut præfixus illis titulus innuere videtur; sed ad ejus duntaxat Librum de *Statibus*, ut ex anonymi Auctoris postremis verbis proximè allatis liquet, quæ ita Latinè sonant: *De propositi autem operis inscriptione illud dicimus, eos errare quicunque id de Rhetorica inscripserunt; non enim de universa hīc Rhetorica propositum est agere; quia neque Proœmia, neque Narrationes, neque cætera ediscere hīc licet. Quicunque verò de Statibus inscripserunt, ii sanè verum Scriptoris scopum attigere.*

Anonymum verò Auctorem planè illum esse suspicor, cuius Fragmenta, Fabricio teste, Aldus Manutius vulgavit in Venetâ *Rhetorum Græcorum* Editione Anni MDIX. pagg. 190. et 192. mihi neque manibus, neque vel oculis saltem propter summam exemplarium raritatem unquam usurpatâ.

130. Οερούδης λόγου. Definitio Sermonis. Incipit: Λόγος ἐτίν εἴναι ἀνθρακίν· καθ' ἓν τὸ πιλογίζεσθαι καὶ διηλοῦν ἡμῖν σκιασθοφας τροχίνεται. Desinit: ὁστερ θυμικὸς μὲν ὁ λέων γοῦς δὲ ὁ ὄνος τροχίνεται τὸ ἴδιον· τὸ καθὸ λογικοὶ ἐσμεν:- Excerptum ex anonymo etiam Auctore.

131. Ex τῶν τοῦ σωτάρου τοῦ σοφιστοῦ. Ex Sopatri Sophistæ scriptis. Incipit: Λόγος ἐτίν εἴναι ἔννοια καὶ μήνυσις ἀνθρακίν καθ' ἓν τροχίν τοις καὶ τροχαγήν ἡμῖν ἐγγίνεται. Desinit: τὸ δὲ τεχνικὴν ἀρὸς διαστολὴν τοῦ κοινοῦ ἀφόκειται λόγου:

Hæc fortè deprompta sunt ex *Sopatri* Libro, cui titulus *Διαιρέσεις Συτημάτων*, quem idem Aldus in *Rhetorum Græcorum* modò laudata Editione publicavit.

137. averso. Ex διαφόρων πνεύματος. Ex variis utilia quædam.

Septem videlicet Excerpta è *Lysiā*, *Platone*, aliisque non appellatis, ad Rhetoricam spectantia, pleraque brevia, quorum ampliuscula duo sic incipiunt, prius quidem: Οπ ἐπιτίκην, ἵδιον τὸ μὴ καταπίπειν οὐ μέντοι καὶ τέχνης; posterius verò: Οπ σκοπὸς τοῦ βιβλίου περὶ διαιρέσεως πολιτικῶν Συτήσεων ἐπεῖν καὶ κατὰ τὴν τούτων μάθησιν

ἡμᾶς ἀναγαγεῖν; desinitque: ἀλλὰ περὶ μέρους δὲ ἐτίν οὐ διαιρετος τῶν σάσεων. Id posteriorius instar quoddam est Præfationis in *Hermogenis Librum de Partitione Statuum*.

139. Ex τῶν ἀβασίον τοῦ σοφιστοῦ ἀλεξανδρείας ἢ Ζώσιμος ὁ Θεόνος διωρθώσατο μαθητὴς τὰ χειρομάτα. Ex Athanasii Sophistæ Alexandrini scriptis, quæ Zosimus Theonis Discipulus emendavit, utilissima. Initium. Οπ οἱ τὰ τροχημάτα χράφαντες τοῦ ζευώδος ἔνεκεν τὴν ὀφελομένην τάξιν μετεκίνησαν. Finis: καὶ ὁ Ηλιος καὶ σελήνη βλάπτουσι:-

Continuò Constantini Lascaris manu rubris litteris subscriptum:

Τέλος τῶν τροχημάτων. οὐ δὲ λοιπὴ ἐξήγησις τῆς ῥητορικῆς ἐρμογένους λείπει: κτῆμα καναγαρίου.

Καναγαρίου ὁ λάσικαρις σκηνίζεις ἐν μεδιολάνῳ ἐχεῖτο πάντα ὡς ἀναγκωτάτῳ καὶ δυσευρέτῳ.

Quæ Latinè valent: *Finis Prolegomenon. Reliqua verò explanatio Hermogenis Rhetorice deficit. Possessio (sive Liber proprius) Constantini.*

*Constantinus Lascaris, qui (Librum hunc) Mediolani descripsit, eo valde usus est, ut maximè necessario, inventuque difficiili.*

De tali *Dionysio* et *Zosimo* nihil apud *Fabricium*, aliasve *Scriptorum Enarratores*; nihil in *Bibliothecarum Mitorum*, quotquot adivi, Catalogis occurrit.

## LIX.

Chartaceus in quarto, in foliorum 257. numerum excrescens, crassiori chartâ, perinde ac scabrà et fuscâ, madore insuper maculosâ; litteris rudibus parumque perspicuis, Sæculi XIV. exeuntis, vel XV. inventis manum significantibus; initio quidem mutilus, sed à *Constantino Lascari* quād diligentissimè suppletus. Continet diversa *Nicephori Blemydæ*, sive *Blemydæ* opera, hoc prorsùs ordine consequentia.

Fol. 2. averso. Πίναξ. Index, Capitum videlicet Libri primi *Epitomes Isagogicæ* ejusdem *Nicephori*, sic digestus:

α. Περὶ ὄρου.

β. Περὶ διαιρέσεως.

γ. Περὶ περίπατος σκηνείας τέχνης καὶ ἐπιτίκης. Εν αὐτῷ καὶ περὶ τῶν δυνάμεων τῆς φυχῆς.

δ. Τίνες εἴσιν οἱ τῆς φιλοσοφίας ὄντες.

ε. Περὶ ἐπινοίας.

Ϛ. Περὶ αἵρεσεως.

ζ. Τίς οὐ τῆς φιλοσοφίας διαιρεσίς.

η. Περὶ

- η. Περὶ συνανύμων ἐπερανύμων ὄμονύμων τε καὶ πολυανύμων καὶ παρανύμων.  
 θ. Περὶ τῶν πέντε φωνῶν.  
 ι. Περὶ γένους καὶ εἰδῶς ἢν δὲ καὶ περὶ χέσεως.  
 ια. Περὶ γένων καὶ εἰδῶν ἢν δὲ καὶ περὶ ἀτόμου.  
 ιβ. Περὶ διαφορᾶς καὶ συμβεβικότος.  
 ιγ. Περὶ ιδίου ἢν δὲ καὶ περὶ κοινοῦ.  
 ιδ. Περὶ κατηγορίων.  
 ιε. Επὶ περὶ κατηγορίων.  
 ιζ. Περὶ τῶν κατηγορουμένων ἢν δὲ καὶ περὶ τοῦ ἔν πνι.  
 ιξ. Περὶ ἑνὸς ταυτοῦ καὶ ἐτέρου ἢν δὲ καὶ περὶ τοῦ ἀντάστατος.  
 ιη. Περὶ φροτέρου καὶ ὑπέρερου καὶ περὶ τοῦ ἄμα.  
 ιθ. Περὶ οὐσίας.  
 ιχ. Επὶ περὶ οὐσίας.  
 ια. Περὶ ποσοῦ ἢν δὲ καὶ περὶ κυνίσεως.  
 ιβ. Περὶ ποιοῦ καὶ ποιότητος.  
 ιγ. Περὶ τῶν φρόνων.  
 ιδ. Περὶ τοῦ ποιεῖν καὶ πάχειν καὶ ἔχειν.  
 ιε. Περὶ ἀνπικειμένων.  
 ιτ. Περὶ ὄντος καὶ ρήματος.  
 ιζ. Περὶ λόγου καὶ φροτάστων.  
 ιη. Περὶ τῶν ἢν ταῖς φροτάσσοι θεωρουμένων ἡλῶν καὶ περὶ φροσδιοχομῶν.  
 ιθ. Περὶ ἀφροσδιοχῶν φροτάστων.  
 ιλ. Περὶ καταφύσεως καὶ ἀποφύσεως.  
 ια. Περὶ συλλογισμοῦ καὶ ἀνπιροφῆς.  
 ιβ. Περὶ τῶν τριῶν χήματος.  
 ιγ. Περὶ τοῦ φρώτου χήματος.  
 ιδ. Περὶ τοῦ δευτέρου χήματος καὶ τοῦ τρίτου.  
 ιε. Περὶ τοῦ Σ καὶ γ χήματος ἀναγωγῆς εἰς τὸ φρώτον χήματος καὶ περὶ τῆς εἰς ἀδύνατον ἀπαγωγῆς.  
 ιτ. Περὶ τῶν Ἀποθετικῶν συλλογισμῶν.  
 ιζ. Περὶ τῶν παρὰ τὴν λέξιν σοφισμάτων.  
 ιη. Περὶ τῶν Σκιτῶν τῆς λέξεως σοφισμάτων.  
 ιθ. Περὶ ἐλέγχου καὶ ὅπι πάντες οἱ παρελογισμοὶ εἰς τὴν τοῦ ἐλέγχου ἀγγοιαὶ ἀναγόνται.  
 ιι. Περὶ φροτάστων καὶ συλλογισμῶν.

Indicem hunc *Constantinus Lascaris* manu quidem suâ descriptis. Sed quum eundem per imprudentiam aliquot dictionibus adjunctis vitiosum, plurimis verò Numerorum notis præpostere adscriptis inconditum, nonnullis etiam prætermissis mancūm deprehendissem; ipsius Operis Capitum et Inscriptiones, et Numeros introspicere pernecessarium existinavi, ut is

\* Legendum videtur εἰσαγωγῆς, quemadmodum in Titulo Libri secundi vetustâ manu omnino exarati legitur; hujus enim primi tûm Titulus, tûm priora VI. Capita ab eodem *Lascari* suppleta sunt, qui ut

ad ea fideliter exactus, (quod à me præstitum) emendatior in lucem prodiret.

Fol. 3. Νικηφόρου (superscriptum τοῦ βλεμέδου) μοναχοῦ καὶ φρεσκυτέρου τοῦ κτίτορος ἐσταγωγῆς \* ἐπιτομῆς βιβλίου φρῶτον. Nicephori Blemydæ Monachi et Presbyteri, Conditoris (sive Fundatoris) Epitomes Isagogicæ Liber primus. Proœmium incipit: Επειδὴ περὶ ἡ λογικὴ ἐπιστῆμα φρὸς τὴν ιερὰν γραφὴν καὶ πάντας τοὺς ἀληθεῖας λόγους οὐκ ὀλίγου φέρει τὸ άρχομένον. Postremum Caput designit: σωάτων κατὰ τὸν δεύτερον καὶ τὸν τέταρτον τρόπον, οὐ πᾶς Ἀποθετικοὶ ἐξ καὶ σοφιστικοὶ ἐλεγχοὶ δέκα καὶ τρεῖς.

Protinus, nullo interposito spatio, subit Proœmium Libri secundi, cuius hic titulus: Προοίμιον τῶν φυσικῶν ἀρχῶν. Proœmium Physicorum Principiorum, hoc initio: Σκοπὸς τοῦ παρόντος βιβλίου ἐστὶ ζητησαὶ περὶ τῶν ἀρχῶν τῶν ὄντων.

Proœmiij cætera desiderantur, relicto iis, ubi locus, vel copia, vel otium, describendis duorum foliorum vacantium intervallo. Deinde rubris litteris insignes subeunt Titulus Libri secundi, ejusque Capitum Index in hunc modum:

99. + Νικηφόρου μοναχοῦ καὶ φρεσκυτέρου τοῦ κτίτορος ἐσταγωγῆς Επιτομῆς βιβλίου δεύτερον + Nicephori Monachi et Presbyteri, Conditoris, Epitomes Isagogicæ (sive Introductio) Liber secundus.

## INDEX CAPITUM.

Περὶ τῶν φυσικῶν ἀρχῶν καὶ ἀγτίων.	α.
Περὶ τῆς ὑλῆς καὶ τοῦ εἴδους καὶ τῆς τερήσεως.	β'.
Περὶ ἀγτίων καὶ ἀγτατῶν ἢν δὲ καὶ περὶ τύχης καὶ αὐτομάτου.	γ'.
Περὶ κινήσεως καὶ ἡρεμίας ἢν δὲ καὶ περὶ τηλεχείας καὶ τοῦ δυνάμει καὶ στεργείας.	δ'.
Επὶ περὶ κινήσεως καὶ ἡρεμίας.	ε'.
Περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς.	ζ'.
Περὶ φύσεως.	η'.
Επὶ περὶ φύσεως.	θ'.
Περὶ τόπου καὶ χώρου.	ι'.
Περὶ ἀπείρου.	ια'.
Περὶ τοιχείων.	ια'.
Περὶ τῶν φαινομένων φλογῶν καμομένων περὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τῶν καλουμένων ἀργῶν καὶ δαλῶν καὶ διαθέσιτων ἀστέρων.	ιε'.
Περὶ κομπτῶν καὶ τοῦ γαλαξίου κύκλου.	ιγ'.
Περὶ	

in describendo Indice erravit, ita etiam in Titulo potuit errare. Atque id lectionis in interpretando sequuti sumus.

Περὶ ὄμβρου· χαλδῆς· χόνος· μόσου καὶ πάχυντος.	ιδ'.
Περὶ πηγῶν καὶ ποταμῶν.	ιε'.
Περὶ θαλάσσης.	ιγ'.
Περὶ ἀνέμων· καὶ τῶν λοιπῶν πνευμάτων.	ιζ'.
Περὶ σεισμοῦ.	ιη'.
Περὶ Βρογτῆς· καὶ ἀστραπῆς· σὺν νεφίου τε καὶ τυφῶνος καὶ φρεστῆρος· καὶ περιχνοῦ.	ιθ'.
Περὶ τῶν ἐν τῷ οὐρανῷ φαινομένων φασμά- των.	κι'.
Περὶ ἄλω· καὶ φρεστού περὶ ὄρασεως.	κα'.
Περὶ γειδος.	κε'.
Περὶ ῥάβδων καὶ παρηλίων. ἐπὶ δὲ καὶ τῶν ἐν γῇ μεταλλευτῶν τε καὶ ὄρυκτῶν.	κγ'.
Περὶ οὐρανοῦ· καὶ ὅπις οὐκ ἔτι ὁ κόσμος ἀΐδιος.	κδ'.
Περὶ ἀθέρος καὶ ἀστέρων.	κε'.
Περὶ ἡλίου.	κη'.
Περὶ σελήνης.	κζ'.
Περὶ γῆς καὶ τῶν παύτης ζωῶν· καὶ φρε- στού ὅπις ἡ γῆ κέντεον λόγον ἐπέχει φρεσ- τὴν οὐράνιον σφῆμα· ἀλλὰ καὶ φρεστὸν αὐ- τὴν τὴν ἡλιακήν.	κη'.
Περὶ ἡμερῶν καὶ νυκτῶν· καὶ τῶν πεντάρων τοῦ ἔτος ὡρῶν.	κθ'.
Περὶ οἰκήσεων.	λ'.
Περὶ κενοῦ:-	λα'.

100. Secundus porrò Liber, præfixo Capitis primi titulo Περὶ τῶν φυσικῶν ἀρχῶν καὶ ἀρτίων, De Physicis Principiis et Causis, ita incipit: Πάντα τὸ ἀπίστον, καὶ ἀρχὴν οὐ πάσσον δὲ ἀρχὴν ἡδὲ καὶ ἀπίστον. Desinit: ὡς μή πι τῶν σωμάτων ἔχονταν ὅλας ἐν ἑαυτοῖς +

Utrumque Librum, quorum prior est Epitome Logices, alter Epitome Physics, Joannes Wegelinus Græcè tantum edidit Augustæ Vindelicorum, anno MDCV. in 8.<sup>o</sup> testante Fabricio Biblioth. Græca Vol. VI. pag. 342. Quam quidem Editionem ad manum habere per velim, exploraturus scilicet an ibi totum extet Epitomes Physicae Proœmium, cuius duntaxat particula ex initio in hoc Codice legitur. Certè in Catalogi Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis Parte IV. Cod. CX. ejus, tanquam integri, prima verba referuntur.

221. averso. λε'. Ex τῆς ἐξ τὸν ὄγδοον φαλ-  
μὸν ἐξηγήσεως. XXXII. Ex (ejusdem) Explan-  
atione in octavum Psalmum. Incipit: Εἴ-  
πάντα ὁ φρεστῆς φρεστὸν θεὸν· ὅπις ὄφομεν τὸν  
οὐρανούς ἔργα τῶν δακτύλων σου. Desinit:  
μᾶλλον μὲν οὖν καὶ χάρειν ὄμολογονταί σὺ τῷ  
θεῷ :-:

Quum in præmisso Libri superioris Indice, atque ipsum intra librum Capita so-

lummodò XXXI. recenseantur, ejus præterea finis minutis crucibus quinque hujusmodi + + + + aperte designetur: est sanè quod mireris, huic Excerpto numeralem Notam λε'. Calligraphi manu, qui totum Codicem exaravit, esse præfixam. Nesselius tamen eundem Librum divisum in capita triginta duo disertè tradit in supra dicti Catalogi Parte IV. Cod. CCCXXXII. Fabricius quoque in laudato proximè loco affirmat Blemmidam fragmentum Exege- seos suæ in Psalmos Physico Libro inse- ruisse; cum potius subiecisse dicendum es- set. Id enimverò ille propter argumenti cognitionem haud dubiè subjecit; quippe in memorata Exegesi, ut in eodem toto ferè Libro, de Cœlorum ratione disserit, quorum supremi Artificis magnificentiam Regius Vates in Psalmo VIII. mirificè prædicat. Quæ cum ita sint, hujusmodi Frag- mentum cæteris Nicephori Epitomes Phy- sicæ Capitibus minimè videtur annume- randum.

230. averso. Τοῦ ἀυτοῦ. σὺ τοῦ τυπικοῦ  
ἀυτοῦ περὶ πίτεως. Ejusdem, ex ipsius Typico, de Fide. Incipit: Τοῖς ὄσοις τοῦ δειπό-  
του ἀριστοῦ τοῦ ὄντος καὶ ἐκλεκτοῖς φοιτηταῖς  
ὁ κατὰ εὐδοκίαν ἀντοῦ καὶ ἀρετότητα κτήτωρ  
τοῦ καθ' ἡμᾶς ἱεροῦ φεροπιστηρίου νικηφόρες σὺ  
μονάχουσιν ἱερεὺς ψηφιστές ἀσθενεῖς. Desinit: ὅπι-  
τε δεῖ ἐστι μόνος ἀντὸς καὶ διὰ ταῦτα κυρίως καὶ  
ἀληθῶς ὃν μόνος ἀντός +

Id opus dupli Scholio, rubris litteris ad oras folii 236. aversi et folii 240. adscripto, dilucidatur.

240. averso. Τοῦ ἀυτοῦ σὺ τοῦ ἀυτοῦ τυ-  
πικοῦ περὶ ἀρετῆς καὶ ἀσκήσεως. Ejusdem, ex  
ipsius (pariter) Typico, de Virtute et  
Exercitatione. Incipit: Ήδη τῇ φρεστῇ, καὶ  
δευτέρᾳ ὑμῖν ταῦτα μονάχοις φροσεκτιθημεῖ τοῖς  
κληρονόμοις τῆς ὄντος ζωῆς. ὡς πάσοις ἀπερργ-  
μένοις θυτότητος. Desinit: Εἴτα καὶ τελέως  
μετὰ θεοῦ πετάχθαι· καὶ χάριπι πεθεωθεῖ, μα-  
καριώτατος +

Duo hæc Opuscula sunt Sermones, ad Monachorum videlicet instructionem ex Nicephori Blemmydæ Typico deprompti, quorum meminit Labbeus in Nova Biblioth. MS S. Librorum, pag. 90. Prior memoratur Nesseliani Cæsareæ Bibliothecæ Cata- logi Tomo I. Parte I. Cod. CCXLV. Num. Se- ptimo, pag. 345. hac inscriptione:

Τοῦ σφατάτου Μοναχοῦ Νικηφόρου τοῦ Βλε-  
μίδου Διδασκαλία φρεστὸς τοῦ μοναχοῦ τοῦ  
ἀνεγερθέντος παρ' ἀντοῦ φεροπιστηρίου περὶ πίτεως.

Hoc

Hoc est, ipso interprete Nesselio: *Sapien-tissimi Monachi Nicephori Blemida Doctrina ad Monachos Monasterii à se constructi; idemque habet initium. Neutrum vero Sermonem lucem vidisse crediderim.*

256. et 257. Excipiunt postremò eādem, ut videtur, manu, sed scripturā cū litterarum celeritate, tūm nexibus compendiisque intricatissimā et lectu difficillimā variæ ac tumultuariæ Annotationes de *Luna computo ac ratione*, de *Mensuris*, de *Ponderibus*, de *Apostolorum Passionibus*, aliisque rebus inter se minimè connexis.

## LX.

Bombycinus in quarto, foliorum 312. numero densus; minutis quidem litteris ac præ vetustate flavescentibus, sed perspicuis, Sæculi, ut videtur, XIV. dimidiati; Constantini Lascaris manu pluribus locis, linteā chartā vel insertā, vel adjunctā, quām scitissimè suppletus. Is varia complectitur Opuscula Plutarchi Moralia, eo, quo mox recensuri sumus, ordine prorsus distributa.

Fol. 1. Πίγαξ τῶν ἐνθάδε ἥθικῶν τοῦ σοφωτάτου πλουτάρχου. Index Moralium Sapientissimi Plutarchi, quæ hīc continentur, Constantini scilicet Lascaris manu exaratus. Hæc autem quadraginta omnino sunt.

2. Πλουτάρχου ἥθικά. περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας: - a. Plutarchi Moralia. De Virtute et Malitia (sive Vitio). I. Incipit: Τὰ ἴματα δοκεῖ θερμαίνειν τὸν ἄνθραπον.

3. Περὶ πολυταργμούσιν: - b. De Curiositate. II. Incipit: Απνοιης ἡ σκοτεινὴ ἡ μυχείμερον.

8. Πῶς ἀν τις διακρίνει τὸν κόλαχο τοῦ φίλου: - γ. Quomodo quis Adulatorem ab Amico dignoscat. III. Incipit: Τῷ σφόδρᾳ φιλεῖν ἔαυτὸν.

24. Πῶς ἀν τις ἀδοιτο ἔαυτοῦ περικόπιον τος ἐπ' ἀρετῇ: - δ. Quomodo quis se ipsum in Virtute proficientem agnoscat. IV. Incipit: Τίς τῶν λόγων ὁ σόσιος σενεκίων.

31. Πότερον τὰ τῆς ψυχῆς ἢ τὰ τοῦ σώματος πάθη χέρονται: - ε. Utrum Animæ, an Corporis passiones sint peiores? V. Incipit: Ομηρος μὲν ἐπιβλέψας τὰ θυτὰ.

32. averso. Περὶ φιλοπλούτιας: - τ. De Diversiarum cupiditate. VI. Incipit: Ισπόμαχος ὁ ἀλείπτης ἐπαινούντων.

35. averso. Περὶ τοῦ ἔαυτὸν ἀντιφθόνων ἐπαινεῖν: - ζ. De se ipso citra invidiam lau-

dando. VII. Incipit: Τὸ περὶ ἔαυτοῦ λέγειν ὡς τὸ ὄντος.

41. Περὶ ἀδολεσχίας: - η. De Garrulitate. VIII. Incipit: Δύσκολον μὲν ἀναλαμβάνει θεράπευμα.

49. Περὶ τοῦ ἀκούειν: - θ. De audiendo (sive audiendi ratione). IX. Incipit: Τὴν γενέμενη μοι χολὴν ὡς νίκανθρῳ.

56. Περὶ παιδὸν ἀχωγῆς: - ι. De Libero-rum educatione. X. Incipit: Τί πις ἀν ἔχει τεῖπεν περὶ τῆς τῶν ἐλευθέρων.

66. averso. Περὶ τῶν ταῦτα τοῦ θείου Βερδέως πμορθμένων: - ια. De sero punitis à Deo. XI. Incipit: Τοιᾶντα μὲν ὁ ἐπίκουες εἰπὼν ὡς κύργε.

82. Πῶς ἀν πις ταῦτα ἔχθρῶν ὀφελοῖτο: - ιβ. Quomodo quis utilitatem ex Inimicis capere possit. XII. Incipit: Ορῶ μὲν ὅπ τὸν αραστατὸν ὡς κορυνίλιε.

87. Πῶς δὲ τὸν νέον ποιμάτων ἀκούειν: - ιγ. Quomodo Juvenem oporteat audire poemata. XIII. Incipit: Οπι μὲν ὡς φιλόξενος ὁ ποιητὴς ἔλεγεν.

102. averso. Περὶ ἀργυρίας: - ιδ. De Le-nitate. XIV. Incipit: Καλῶς μοι δοκοῦσιν ὡς φούνδανε.

111. averso. Περὶ εὐθυμίας: - ιε. De Tran-quillitate animi. XV. Incipit: Πλούταρχος πακιώφ εῦ φράσθειν. Οὐέ σου τὴν ἐπισολὴν ἐκομισάμην εἰν ἦ παρακάλεις.

121. averso. Περὶ δυσωπίας: - ιτ. De Ve-recundia. XVI. Incipit: Ενια τῶν σκη τῆς γῆς φυομένων ἀντὰ μέν ἐστι.

128. Περὶ φιλαδελφίας: - ιζ. De Amore fraterno. XVII. Incipit: Τὰ παλαιὰ τῶν διοσκύρων ἀφιδρύματα.

139. averso. Περὶ πολυφιλίας: - ιη. De Ami-corum multitudine. XVIII. Incipit: Μέγαρα τὸν θετταλὸν οἴμενον εἰν λόγοις.

142. averso. Περὶ τύχης: - ιθ. De Fortu-na. XIX. Incipit: Τύχη τὰ θυτῶν περάγματ' οὐκ εὐθουλία.

144. averso. Περὶ τοῦ πότερον ὕδωρ ἡ πῦρ θετιμώτερον: - ικ. Utrum Aqua, an Ignis utilior? XX. Incipit: Αερον μὲν ὕδωρ ὁ δὲ ζευσὸς ἀθόμενον.

147. averso. Περὶ δεισιδαιμονίας: - ικα. De Superstitione. XXI. Incipit: Τίς περὶ θεῶν ἀμαθίας καὶ ἀγνοίας.

Folium 152. Lascaris manu suppletum deprehendas.

153. Παραμυθητικὸς ωρὸς ἀπολλώνιον: - ικβ. Oratio consolatoria ad Apollonium. XXII. Incipit: Καὶ πάλαι σοι συνήλυσα καὶ συνήθησα.

167. aver-

167. averso. Παραμυθητικὸς ἡρὸς τὴν ἴδιαν γυναικα:- κγ. Oratio (seu Epistola) consolatoria ad Uxorem suam. XXIII. Incipit: Πλούταρχος τῇ γυναικὶ εὖ φράσειν. Οὐ ἔπειρος ἀπαγγελοῦντα περὶ τῆς τοῦ παιδίου τελευτῆς. Hujusce Orationis sex tantum priores versus extant; cætera, interjecto septem foliorum inani spatio, desiderantur.

175. Περὶ τοῦ πότερον ἀθηναῖοι κατὰ πόλεμον ἢ κατὰ σοφίαν σύδοξότεροι:- κδ. Utrum Athenienses bello, an sapientia clariores? XXIV. Incipit: Τῶν ὄρθων μὲν ἐκένος εἴπειρος τοὺς μεθ' ἑαυτὸν φραστηρούς.

Id folium, et reliqua ad folium usque 178. ferè totum *Lascaris* manu suppleta sunt.

180. averso. Περὶ τοῦ ὅπι μάλιστα δὲ τοῖς ἱγμόσι τὸν φιλόσοφον διαλέγεσθαι:- κε. Quod maximè expedit Philosophum cum Principibus disserere. XXV. Incipit: Σωρκαὶ ἐγκολπίσασθαι καὶ φιλίαι τοι μετένει.

183. Υγειὰ παραγγέλματα:- κτ. Praecepta salubria (sive de Sanitate tuenda). XXVI. Incipit: Σὺ δὴ γλάυκον χθὲν ὁ ζεύξισπε.

195. Εἰ φρεσούτερῷ πολιτευτέον:- κζ. An Seni administranda Respublica? XXVII. Incipit: Οπ μὲν ὁ εὑφανες ἐπαγέτης ὁ πινδάρου.

206. Συμπόσιου φιλοσόφων:- ἐν ἄλλῳ τῶν ἐπὶ σοφῶν ἐγκάμου:- κη. Convivium Philosophorum: in alio codice, Septem Sapientum laudatio. XXVIII. Incipit: Ηπου περιὰν ὁ λεόντος ὁ γιαρχός.

220. averso. Γαμκὰ παραγγέλματα:- κθ. Praecepta Conjugalia. XXIX. Incipit: Πλούταρχος πολιτικῷ καὶ εὐελδίῃ εὖ φράσειν. Μετὰ τὸν πάτερον θέσμον ὃν ὑμῖν ἡ τῆς δίημπτος.

Totum hoc folium supplevit etiam memoratus *Lascaris*.

226. averso. Πρὸς ἱγμόνα ἀπαίδευτον:- λ. Ad Principem indoctum. XXX. Incipit: Πλάτωνα κυριᾶιοι παρεκάλοις νομίστοι.

228. et 229. folia restituta pariter sunt: prius ignotā manu, posteriorius *Lascareā*.

230. Περὶ μουσικῆς:- λδ. De Musica XXXI. Incipit: Η μὲν φωνίων τοῦ λαζαροῦ γυνὴ κόσμοι.

Quæcunque ab hoc folio ad postremum totius Codicis pertinent, ea (ne multis) idem *Lascaris* manu suā supplevit.

244. averso. Πλατωνικὰ ζητήματα:- λε. Platonicae Quæstiones. XXXII. Incipit: Τί δὴ ποτε τὸν σωκράτην ὁ θεὸς μαγοῦσθαι.

255. Σύνοψις τοῦ ὅπι παραδεξόπεροι οἱ τοιοὶ τῶν ποιητῶν λέγουσιν:- λγ. Summarium Com-

mentarii, quod Stoici absurdiora quam Poetæ dicant. XXXIII. Incipit: Ο πινδάρευ καινεὺς εὐθύναι ωταῖχεν ἀπιθάνως.

256. Περὶ σαρκοφαγίας λόγος φρώτος. De Carnium esu Sermo primus. Incipit: Αλλὰ σὺ μὲν ἐρωτᾷς πι λόγῳ πυθαγόρας ἀπειχετο σαρκοφαγίαν.

258. averso. Περὶ σαρκοφαγίας λόγος δεύτερος. De Carnium esu Sermo secundus. Incipit: Επὶ τὰ ἔωλα τῆς σαρκοφαγίας φροσφάτοις.

262. Interjecta unius folii vacantis intercedente, Περὶ ὕσιδος καὶ ὕσιειδος. De Iside et Osiride. Incipit: Πάντα μὲν ὁ κλέα δὲ τὰ γαθὰ τοὺς νοῦν ἔχοντας.

288. Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἡθικῆς ἀρετῆς. Eiusdem de Virtute morali. Incipit: Περὶ τῆς ἡθικῆς λεγομένης ἀρετῆς καὶ δοκούσους.

295. averso. Περὶ τῆς ἀλεξάνδρου τύχης ἢ ἀρετῆς λόγος φρώτος. De Alexandri Fortuna, vel Virtute Sermo primus. Incipit: Οὗτος ὁ τῆς τύχης λόγος ἐτίνι ἰδιον καὶ μόνις.

300. Περὶ τῆς ἀλεξάνδρου τύχης ἢ ἀρετῆς λόγος δεύτερος. De Alexandri Fortuna, vel Virtute Sermo secundus. Incipit: Διέφυγεν ἡμᾶς ὡς ἔοικε χθὲς εἰπεῖν. Parte sui posteriore deficiens, in hæc verba desinit: Κευσὸν καὶ χαλκὸν καὶ ἐλέφαντα.

305. Trium foliorum et semis inanum spatio interposito, Περὶ τῶν ῥωμαίων τύχης. De Romanorum Fortuna. Incipit: Αἱ πολλοὶ καὶ μεγάλοι ἀγῶναι πολλάκις ἦγωνται.

A Sermone primo Περὶ σαρκοφαγίας ad hunc usque numerales Notæ desiderantur. Continuò excipit Constantini *Lascaris* hæc idiographa Subscriptio:

Κωνσταντίου τοῦ λασκαρέως κτῆμα ἐν μεδιολάνῳ ἀνθένει καὶ τελειωθέν. Id est: Constantini Lascaris possessio. Mediolani emptum et absolutum.

Ad cætera quod attinet, totum Volumen scatet ejusdem Annotiunculis ad singulos ferè margines adscriptis.

## LXI.

Chartaceus in quarto, foliorum 146. chartæ cum candore ac lævitate spectabilis, tūm firmitate membranaceâ maximè commendandus; totus Constantini Lascaris manu nitidissimè descriptus anno MCCCCLXV. quo Arati Phænomena, Apollonii Rhodii Argonautica, Tryphiodori de Trojæ expugnatione Carmen, Claudiani

denique Gigantomachiæ Fragmentum ineditum continentur.

Fol. 1. Nullo prorsùs titulo, præit exilis Operum Catalogus ejusdem Lascaris manu, hæc in verba:

Τάδε ἔνεισιν ἐν τούτῳ ἀράτου φαινόμενα.

Απολλωνίου ἀλεξανδρίως δὲ βιβλία τῶν ἀργούντων.

Τρυφιδάρευ ποίησα ἀλώσις τροίας.

Id est: *Huic Libro insunt Arati Phænomena; Apollonii Alexandrini Libri IV. Argonauticon; Tryphiodori Poema, Trojae Expugnatio. De Claudi verò Gigantomachia nihil.*

Eodem averso. Inscriptionis exsors *Arati Vita*, eadem videlicet, quæ apud *Suidam* extat.

2. Γένος ἀράτου τοῦ ποιητοῦ. Genus Arati Poetæ.

Id sanè diversum est cùm à *Suidæ* de Arato Notitiâ, tûm ab ejusdem Genere et Vitâ, quam *Petrus Victorius Anonymi* Commentario præfixam unâ cùm aliis operibus Astronomicis emisit Florentiæ anno MDLXVII. in folio; tûm denique ab eâ Vitâ, quæ hîc proximè sequitur. Eapropter et quodd alia nova observatu digna referat, aut eadem aliter narret, et quodd inedita, ut puto, lateat, illam hoc loco eruditiois Græcæ investigatoribus apponendam, subnexâ Latinâ interpretatione, judicavi.

Γένος ἀράτου τοῦ ποιητοῦ.

Αρατος ὁ ποιητὴς γένει μὲν ἦν ἀπὸ σόλων τῆς κιλικίας πατρὸς δὲ ἀθηναϊδώρου· μητρὸς δὲ λιτοφίλας· γένοις δὲ ἐγένετο πατρὸς ἐπιφανοῦς· καὶ ἐν πολλοῖς εὐδοκίμοις· καὶ ἐν πολέμῳ ἀριστεύσαντος. ἡλευθέρωσε γοῦν τὸν πατέρα πολλάκις· ἐν τοῖς χρόνοις δὲ ἐγένετο κατὰ φιλάδελφου τὸν βασιλέα· σωήκημαζε δὲ ἀλεξανδρῷ τῷ ἀπολῶ· καὶ φιλητᾷ· καὶ διονυσίῳ τῷ φιλοσόφῳ· εἰς ἀθήνας μεταθημένῳ· οὐ καθηγήσατο τὰ μαθηματικὰ ὁ ἀράτος· καὶ ἐστὶν αὐτοῦ ἐπερισσαὶ σωτάγματα· ἄξια δὲ μηνύμις τέσσαρα· ἐν μὲν ιατρικῶν δωάμενων δεύτερον δὲ κανόνος κατατομὴ· τέττον τὰ φαινόμενα· τέταρτον τὸ περὶ ἀνατολῆς· ὁ φασὶ πινες μὴ εἶναι ἀράτου· ἀλλ’ ἴητοντας. ἔνοιος δὲ ἀρέσκει ἀράτος ιατρὸν γεγονέναι τῇ ἐπιτήμῃ. ὅλοι τε γεγονότα γνήσιοι τικάνδρῳ τῷ μαθηματικῷ γράψαι τὰ θηειακὰ

(1) Hoc loco prætermissum videtur ὡς, quasi, vel *tantum*, quod interpretatio nostra supplevit.

(2) Hesiodus non ipso quidem Poematis sui *Opera et Dies* primo versu auspicatur à Jove, ut Aratus; sed à Musis, quas statim orat hymnum ut Jo-

καὶ δῶνται τικάνδρῳ λαβεῖν τε παρ' αὐτοῦ τὰ φαινόμενα καὶ (1) ἵδια γράψαι. ἐπὶ δὲ τριχῶν φαινομένων αὐτοῦ φραγματείᾳ καταστέρωσι. καὶ σωματελόντων (leg. σωματελόντων) καὶ σωματονότων· καὶ προγιώσεις διὰ σημείων. Σηλωτὸς δὲ ἐγένετο τοῦ ὄμηρου χρεακτῆρος· κατὰ τὸν τὸν ἐπῶν σύνθεσιν· ἔνοι δὲ αὐτὸν λέγουσιν ἱσιόδου μημητὸν γεγονέναι· καθάπερ γάρ ὁ ἱσιόδος ἔρχων καὶ ἥμερῶν ἀρχόμενος τῶν ὑμνῶν ἀπὸ διὸς (2) ἤρξατο· λέγων μοῦσα περίθεν ἀνιδῆσι κλείσουσα, οὕτω καὶ ὁ ἀράτος τῆς ποιησεως ἀρχόμενος ἔφη ὃν διὸς ἀρχόμεσθα. τὰ περὶ τοῦ χειροῦ γένος (3) ὄμοιας τῷ ἱσιόδῳ. Βοηθὸς δὲ ὁ σιδάνιος ἐν τῷ ἀ περὶ αὐτοῦ φησιν οὐχ ἱσιόδου ἀλλὰ ὄμηρου Σηλωτὸν γεγονέναι· τὸ γάρ πλάσμα τῆς ποιησεως μεῖζον ἡ κατὰ ἱσιόδον. πολλοὶ γάρ καὶ ἄλλοι φαινόμενα ἔχεαν· καὶ κλεοπάτρης καὶ σινθῆς· καὶ ἀλέξανδρος ὁ αἴτωλὸς καὶ ἀλέξανδρος ὁ ἐφέσιος· καὶ ἀλέξανδρος ὁ λυκαΐτης· καὶ ἀνακρέων· καὶ ἀρτεμίδωρος, καὶ ἵσταρχος· καὶ ἄλλοι πολλοί· ἀλλὰ ὅμως πάντων λαμπρότερον ὁ ἀράτος ἔχειν. ἐχεῖσατο γάρ την τῶν κοσμικῶν φιλοσόφων δωάμεν· εἶναι γάρ φησι τὸ διοικοῦν τὸν κόσμον ἀκρίβως περὶ τε τοὺς ἀναυτοὺς· καὶ μῆνας· καὶ ἡμέρας καὶ ὥρας· καὶ ἀνατολὰς καὶ δύσεις ἡλίου· καὶ σελήνης καὶ πέντε ἀστρων. λέγει δὲ καὶ τὴν γῆν σφαιροειδῆς σημείου τάξιν ἐπέχειν πρὸς ὅλον τὸν κόσμον· ἀκίντον τε τὰ σάρχειν οὖσαν σειδίαν μελάδων ἕποσι πέντε καὶ διχιλίων:-

„ Arati Poetæ genus.,

„ Aratus Poeta domo quidem fuit ē Solis, Ciliciæ urbe; Patre Athenodoro, Matre verò Letophilâ. Patrem habuit genere illustrem, cùm in multis commendabiliem, tûm in bello præstantissimum, quippe qui Patriam sæpius liberavit. Philadelphi Regis temporibus extitit, claruitque Alexandro Ätolo, Philetæ ac Dionysio Philosopho æqualis, qui Athenas migravit, quemque ipse Mathematicis disciplinis erudiit. Ejusdem autem Arati diversa extant Opera, digna verò memoratu quatuor: unum de Virtutibus Medicinalibus, alterum Canonis Sectio, tertium Phænomena, quartum de Ortu (Siderum), quod quidem aiunt non esse Arati, sed Hegesianactis. Nonnullis placet Aratum fuisse facultate Medicum, to-

„ tum vi dicant, ejusque facta laudibus certatim extollant.

(3) Τὰ περὶ τὴν χειροῦ γένος, id est illa de aureo genere, nescio quid spectent, nisi ad Genus Humanum referantur, quod Jovis nutu pendere ac regi uterque Vates initio sui Carminis prædicat.

„tumque genuinum opus *Theriaca* scrispsisse Nicandro Mathematico, eique tradidisse; ipsum verò ab eo vicissim accepisse „*Phænomena*, et quasi propria descriptis- se. Est autem ejus *Phænomenon* Tractatus „triplex: Stellarum descriptio, simul orien- „tium et simul occidentium (Siderum) enar- „ratio, et Prognostica per Signa. Styli Ho- „merici æmulator in compositione ver- „suum fuit. Nonnulli contra *Hesiodi* affir- „mant imitatem extitisse. Quemadmo- „dum enim *Hesiodus Opera et Dies* in- „choans, Hymnos auspicatus est à Jove, „dicens:

*Pierides Musæ celebrantes carmine laudem:*  
„ita etiam *Aratus Poema suum exorsus*, „dixit:

*A Jove principium.*

„Illa quoque de aureo (sive *præclaro*) Ho- „minum genere similiter atque in *Hesio- do. Boethus* verò *Sidonius Libro 1.* de eo- „dem (*Arato*) ait, illum non *Hesiodi*, sed „*Homeri* fuisse imitatem; quippe illius „Poeseos forma grandior est, quam apud „*Hesiodum*. Multi quidem alii *Phænomena* „conscripti, Cleopatres videlicet, ac „*Sminthes*, *Alexander Ætolus*, *Alexander Ephesius*, *Alexander Lycaites*, *Anacreon*, „*Artemidorus*, *Hipparchus*, aliisque plures; „sed splendidissimè omnium *Aratus*. Is „enimvero mundanorum Philosophorum „doctrinâ usus, tradit Ens quoddam exis- „tere, quod Mundum per annos et men- „ses, dies et horas, per Solis et Lunæ „et quinque Astrorum ortus obitusque „accuratè moderatur. Ait præterea Ter- „ram sphærici puncti modum præ univer- „so Mundo habere; immotamque consis- „tere, cùm stadiorum viginti septem my- „riadas et millia duo pateat.,,

Eodem averso. Αλλως (Eiusdem nimirum *Genus*, seu *Vita*) aliter. Incipit: Αρετος πα- τρὸς μὲν ἀθωδάρου μητρὸς δὲ λατοφίλας (sic). Hæc autem ferè congruit cum ejusdem Poetæ *Vitâ Leontii Mechanici Dissertationi περὶ κατασκευῆς ἀρχαῖς σφαιρᾶς* insertâ: quam Dissertationem præmissam *Arati Phæno- menis* cum Scholiis vulgavit *Aldus Venetiis* Mense Octob. MID. in folio. Sed multo brevior est; ad hæc enim tantum illius verba pertinet: τῷ τὰ θηλακὰ γένει. Duobus verò præcipue nominibus variat utriusque lectio; ibi legitur λινδίνου, hic λευκίδιου; ibi Μεγάνθῳ, hic μελανζῃ.

3. Αράτου φαινόμενα. Βιβλίον α'. Arati Phænomena. Liber I. Incipit:

Ἐκ διὸς ἀρχώμεθα, τὸν οὐδέ ποτ' ἄγδρες ἔωμεν.

11. Αράτου τῶν φαινομένων βιβλίον ζ'. Arati Phænomenon Liber II. Incipit:

Ταῦτα νεθήσαρο παρερχομένων ἐναυτῶν.

16. averso. Αράτου β. βιβλίον τρίτον τῶν φαι- νομένων τὸ καλούμενον διοσμῆια. Arati Liber tertius Phænomenon, qui vocatur Pro- gnostica. Incipit:

Οὐχ ὄρας ὅλην μὲν ὅταν κερίεστι σελήνη.

Inter hujus Libri versum 31. incipien- tem: Αὐτὸς μὲν, et 39. cujus initium: Ζεύς· ο γὰρ οὖν, hos VII. invenias ita mutilos:

..... ὅτ’ ἐγγύθεν ὥρορε χειμὼν  
..... γαληναῖν ταῦτα νυκτὶ<sup>1</sup>  
..... τέλλει περοσημένος ἡνὶ θαλάσσης  
Αλλοτε δὲ (sic) τρίτον ἦμαρ ἐπιτρέχει...  
... δ’ ἀτρόφατον κακὸν ἵπετο· πάντα γὰρ ὅπω  
... ἄνθρωποι γνώσκομεν· ἀλλ’ ἐπὶ πολλὰ  
..... τῶν ἀρκεθέντων ἐσαυτίκα δάσι.

Qui et in modo commemoratâ Editione Aldinâ, quæ Fabricium latuit, et in cæ- ris occurunt integri.

18. Αράτου βιβλίον τέταρτον τῶν φαινομέ- „νων περὶ ἥλιου. Arati Liber quartus Phænomenon de Sole. Incipit:

Ηλίου δέ τοι μελέτα ἐκάπερθεν τούτος.

Desinit:

Οὐδέποτε χεδίως κεν ἐπ’ ἀθέει τεκμήρειο:-

Poematis hujus in Libros distributio- nem nequaquam exhibit Exemplaria ty- pis edita; sed unum opus uno tenore con- tinuatum præferunt. Neque post vers. 470. et vers. 504. eos hoc in Codice reperias, quos Fabricius *Biblioth. Græca Vol. II.* pagg. 458. et 459. producit ex *Arati* Editione Oxoniensi anni MDCLXXII. in 8.º à *Joanne Fello* procuratâ.

Atque hujus nobilissimi Poetæ Carmen mihi nunc recensenti suppetit Latini ejus Metaphrastæ Germanici *Cæsaris* Fragmen- tum insigne, necdum typis traditum, neque ulli antehac memoratum, quod mihi feliciter invenire contigit inter varia *Beda* aliorumque opera uno volumine comple- xa, quod quidem ante annos plus XXV. à *Francisco Roderici*, seu *Rodriguez* Biblio- pola Matritensi, *Emmanuelis Menæ*, nomi- natissimi hac ætate Bibliopolæ, olim So- cero, emi aureorum quinque pretio, Re- giae Bibliothecæ inferendum, ubi hodie- que in Mstoriū Codicum Museo asserva- tur, hac Notâ A. 22. foris insignitum.

Id autem Volumen formâ est amplissi-

mâ, in membranis crassioribus descriptum, foliis constans 203. litteris Italicis rotundis, sat grandibus et apprimè nitidis, Sæculi XII. manum apertè fatentibus. Ibi post Bedæ Librum de Temporibus, et Martyrologium carmine heroico, aliosque Versus de Mensibus, Anni temporibus, &c. folio 55. occurrit Liber Arati Philosophi de Astronomia, cui sine inscriptione præfigitur ejusdem Arati Vita satis superque verbosa, è Græco ab imperito utriusque sermonis homine conversa; Interpretis vitia cumulantibus Librarii mendis.

Initium: *Aratus patris quidem est athenodori* (Athenodori) filius. matris autem *deltiophila* (Letophilæ). genere vero, desolon cœlicœ (de Solis Ciliciæ). nominatur autem ciuitas, desolonem lindium (de Solone Lindino). Fratres autem habuit, lirem quoque & calliodam & atbinorum (pro Myrin, Caliondam, seu Calondam, et Athenodorum). Finis: *Nichil mirum dixisse, quibus eudoxus siim. moderatus erat enim, & scire magnum loqui pericæ mathematice reperimus illum & super.* Vel ex hoc specimine vocabulorum portenta, locutionum barbariem, quibus tota scatet hujusmodi Vita, facile intelligas; et, nisi referre plura tædeat, immane quantum inconditæ narrationis chaos exhorrescas.

*Arati Vitam* excipiunt sine titulo Germanici Cœsaris *Aratea Phænomena*, interserto veteris Scholiastæ Latini Commentario, interpositisque Stellarum et Siderum imaginibus, de quibus infra separatim. Sed ea toto quidem exordio mutila, ab hoc auspicantur versu:

*Indefessa trabit proprio cum pondere celum;* in hunc verò desinunt:

*Hæc eadem tibi signa dabunt non irrita pisces.* Versibus demum CCXIIIC. defectiora sunt, quæ Hugelianus Grotius auctiora et emendatoria cum Notis edidit ex Officina Plantiniana apud Christophorum Raphe lengum anno CICCI in 4.<sup>o</sup>

In his tamen defectioribus nescio quo benigno factum est sidere, ut incolue permanserit Fragmentum carminum ad ejusdem Germanici *Prognostica* pertinens, quod in *Arateis* Mstis cum *Grotianâ* Editione diligenter conferendis, siquid forte ibi occurreret quod hic deficeret, à nobis est fortunatissimè repertum. Quid enim verò fortunatius, quæ post inspectas, excessas, pertractatas quatuor ferè per sæ-

cula tot eruditorum hominum solertiâ, studio, labore Bibliothecas novum aliquid ex Aurea Latinitatis Ætate nancisci, ex Augusteo Sæculo ignotum augusti Scriptoris monumentum producere?

Itaque sicubi Græcis Latina, quemadmodum Latinis Græca, miscere liceat; hic maximè non modò licet, sed etiam decet, ut celeberrimo nimirum Auctori Græco nobilissimus Interpres Latinus accedat comes, quorum ille Homericam magniloquentiam, hic Virgilianam elegantiam et majestatem æmulatur. Ne ingenuæ porrò Studiosorum cupiditati rarum munus invideamus; novo sanè litterario Phænomeno Latinum Cœlum effulgeat; pretioso denique Antiquitatis Καιμηλίας Minervalium Virorum Respublica locupletetur.

Id autem in supra laudato Bedæ volume, folio 70. occurrit; estque ejusdem Germanici *Prognostican* Fragmentum, versibus constans LI. et ab hoc incipiens:

*Juppiter est illo late magis hic ubi solus.*

Quod ibi conjunctum commissumque certas initio alterius Fragmenti ad eadem *Prognostica* pertinentis, in quavis eorum Editione pervulgati, cuius primus hic versus:

*Æthereum venit thalamum super imbris atrum.*

Nihil tamen dissimulabo; imò rem candide et aperiè profitebor, proximè dictum scilicet *Bedæ Codicem*, ut litterarum nitet elegantiâ, ita mendorum sordibus quaquarens squalere: adeoque foedissimis frequentissimisque erroribus ipsum Germanici Poema laborare. Quo quidem viatio gravissimè conqueritur *Grotius* Mstum illud *Jacobi Susii* exemplar, cuius ope ad eundem Poetam castigandum augendumque usus est, Romanâ licet litterâ capitali descriptum, miserè fuisse contaminatum. Igitur quum Fragmentum, quod luce donare instituimus, non mediocriter proinde vitiosum sit; nonnulla, priusquam prodeat, unde nostra et fides et diligentia constet, Lectorem admonitum volumus.

Ac primùm, eodem prorsùs modo Nos illud repræsentaturos, ac se habet in Mst Codice, hoc est, eâdem cùm scribendi, tūm interpungendi ratione; iisdem (quantum per Typos liceat) Litterarum compendii; omnibus denique mendis, erroribus,

bus, vitiis, quæ præ se fert, religiosissimè servatis.

Deinde, id ipsum à mendis, sed certissimis manifestisque tantummodo purgatum et rectæ scripturæ ac interpunctioni restitutum, quasi mundiorem nitidioremque cœnam, reposituros; subjectis ad dubia, sive obscura, sive depravata loca Notis quibusdam et Animadversionibus.

Postremò, ad Criticorum satisfaciendum judicio, ad rem suis numebris et partibus

explendam, Editiones ejusdem Fragmenti duas visas fuisse necessarias; inemendatam quidem alteram, alteram verò emendatam, suo quamque litterarum genere discretam; priorem gracilibus, quas *cursivas* vocant, litteris; posteriorem *rotundis*: ita tamen, ut in hac emendatæ quævis dictiones *cursivas* insigniantur; Nomina etiam notatu digna initium à *grandioribus* perspicuitatis gratiâ ducant. Utraque autem Editio in hunc modum sequitur.

## FRAGMENTUM

I N E D I T U M

### GERMANICI CÆSARIS PROGNOSTICON,

Prout in MS. Codice legitur.

*Iuppiter ex illo lato magis hic ubi solus.  
Vitavit flamas proprior bene lucidus ore.  
Commissas cæreri fruges spectabis in erbis.  
Pomaq; purpureo primū nascentia flore.  
Nec pecus infætu falit noua turba repente.  
Mugiet stabilis alto ualebit ouili.  
Idem ne tellus nimiū siccata repente.  
Distituat sata cū tetigit fera cornua tauri.  
Dat pluuias sorbetq; data cū pliade fugit.  
Atq; adid geminos cancro placidissimus idem.  
Dat modicas uires rapidos & temperat astu.  
Et leo terribilis subte pater ipse repellit.  
Instantis morbos & ditis limina cludit.  
Incipit agricolis inuirgine sorbere uota.  
Iam tū mature segetes & spicae pendent.  
Ante larē primū perfectā esse corona.  
Libra tumescens musto bene percoquit uuas.  
Scorpioni ingrediens tua liber munera condit.  
Iamque sagittiferū scandens sua munera reddit.  
Num qua lète biemi modice tam incapricorno.  
Hydrochoon piscesq; agitat sauiissimus idem.  
Sistatuit currus quocunq; insydere fessus.  
Lanigero tonat & poeni per terga leonis.  
Omnia quæ hyberni permiscet mensib; astra.  
Ad cū phoebeos mauors effugerit ignes.  
Siue aries geminiq; deū siue acre leonis.  
Sydus & æquate librato pondere chela.  
Aut arcu pollens. aut ymbbris furor habebit.  
Siocatis cæcus nebulis hebetabitur aer.  
Nullaq; præcipites agitabunt æquora uenti.  
His idem lentos signis cū supprimit ignis.  
Belliger & nigra cursus statione tenebat.  
Tum crebro magnus tonitrū pulsabitur æther.*

Tū

Tū resoluta dabit nimb; cū grandine nubis.  
 Sed magis hiberne steterit cū sydera partis.  
 Effundet totas uiolentos numine uires.  
 Ad modicos ymbres probi cū cornua tauri.  
 Frugiferāq; deā uel brumalē capricornū.  
 Adigerit liquido n̄ sēus ab attere fundet.  
 Incertus cancero. terras cū latifer ortu.  
 Syrius affluit. nocituros temperat astus.  
 Scorpios adprimæ qua colit ecumina cauda.  
 Frigidaq; extremi iam claudunt sydera pisces.  
 Marcia n̄ illos turbabitella neq; ymbres.  
 Haud ulla condet nitidos caligine soles.  
 Sed si forte diē uictus mutauerit aer.  
 Et uentos aut fundet aqua gelidissimus undæ.  
 Rim rigor & toto boreas dominabitur orbe.  
 Ad faciles glebae lusta stringit frigore uerno.  
 Alma uenus pecudis claro cū uellere fulsit.  
 Sub lugē exoriens. eadēq; ubi tempore eodem.

## I D E M FRAGMENTUM

EMENDATUM, DILUCIDIUS EXSCRIPTUM  
NOTISQUE ILLUSTRATUM.

Juppiter est illo *letus* magis, hīc ubi *Solis*  
 Vitavit flamas, proprio bene lucidus ore.  
 Commissas Cereri fruges spectabis in *herbis*,  
 Ponaque purpureo primum nascentia flore;  
 Nec pecus in fætu fallit (1): nova turbā repente  
 Mugiet in *stabulis*, alto (2) *balabit* ovili.  
 Idem, ne tellus nimium siccata repente (3)  
 Destituat sata, cum tetigit fera cornua Tauri,  
 Dat pluvias, sorbetque *datas* cum Pliade (4) fugit (5),  
 Atque adiit Geminos. Cancro placidissimus idem  
 Dat modicas vires, rapidos et temperat *astus*.  
 Et Leo terribilis *sub te*, Pater (6), ipse repellit  
 Instantis (7) morbos, et Ditis limina cludit.  
 Incipit (8) agricolis in *Virgine* *solvere vota*.

Jam

## N O T A E.

In hoc Prognosticon Fragmento agit tantum de *Jove* et *Marte* Germanicus; in reliquis versibus huic continuatis, de *Venere* et *Mercurio*. De cæteris vero Planetis carmina sive supra, sive infra desiderantur.

1. *fallit*) Vel *falleat*, id est, Pastoris spem.

2. *alto*) Legendum potius videtur *altum*, vel *altè*, ut ad verbum *balabit* referatur.

3. *repente*) Magis arridet *tempore*, ad vitandam scilicet vocis proximè superioris repetitionem, Librarii forsitan imprudentiâ perpetrata.

4. *Pliade*) Pro *Pleiade*; non semel enim *Plas à Poeta nostro*, quemadmodum ab aliis, usurpatur.

5. *fugit*) Fortè *fulsit*; quippe idem in hujus Fragmenti fine dicit: *Pecudis claro cum vellere fulsit*; et in Carmine huic continuato: *Tauri cum sydere fulsit*.

6. *Pater*) Apostrophe ad *Jovem*.

7. *Instantis*) Pro *instantes*, *e* in *i* converso. Sic enim Tertiæ Declinationis Nominum (si neutra excipiatis) Accusativus pluralis apud Veteres frequenter exibat; eaque terminatione delectatur Germanicus, ut alii magni nominis Scriptores.

8. *Incipit*, &c.) Infinitus Verbi modus *solvere vota* Nominis vice positus est, perinde atque si dixeris: *Votorum solutio incipit Agricolis in Virgine*. Cujusmodi infinitivæ locutiones licet tritæ sint ac pervulgatae; tamen hæc, verbo *incipit* comitante, paulò insolentior videtur; quamquam non continuò responda, nec peregrinitatis damnanda. Tot enimvero vulgaribus Grammaticæ Latinæ Regulis contraria apud classicos Auctores invenias; tot ego ipse inveni, ut olin

Jam tum maturæ segetes , et spicae pendet  
 Ante larem primum (9), perfectâ messe , corona.  
 Libra tumescens musto bene percoquit uvas.  
**Scorpion** ingrediens tua , Liber , munera condit.  
 Jamque Sagittiferum scandens , sua munera (10) reddit  
 Num qua lète hyemi (11); modicè tamen in Capricorno.  
 Hydrochoon Piscesque agitat sævissimus idem,  
*Si statuit currus quoque in sydere fessus.*  
 Lanigeron tonat , et Poeni per terga Leonis;  
 Omniaque hibernis permiscet mensibus astra.  
*At cum Phoebeos Mavors effugerit ignes,*  
 Sive Aries Geminique deum , sive acre Leonis  
 Sydus , et æquatæ librato pondere Chelæ,  
 Aut arcu pollens (12), aut imbris fusor (13) habebit ;  
*Siccatis cæcus nebulis hebetabitur aer ,*  
 Nullaque præcipites agitabunt æqua venti.  
 His idem lentos signis cum suppressimet ignis (14)  
 Belliger , et nigra cursus statione tenebit ;  
 Tum crebro magnus tonitru pulsabitur æther ;  
 Tum resoluta dabit nimbos cum grandine nubis (15).  
 Sed magis hibernæ steterit cum sydere partis,  
 Effundet totas violento numine vires.  
*At modicos imbræ , probi (16) cum cornua Tauri*  
 Frugiferamque Deam , vel brumalem Capricornum  
*Attigerit , liquido non sævus ab æthere fundet.*  
*Insertus (17) Cancro , terras cum letifer ortu*  
 Syrius afflavit , nocituros temperat æstus.  
 Scorpions at primæ (18) quæ tollit acumina caudæ,  
 Frigidaque extremi jam claudunt sydera Pisces,

Mar-

olim de *Antigrammaticâ Latinâ* scribendâ subierit co-  
 gitatio , cujus fronti pro lemmate Virgilianum illud  
 inscripsi — *tela omnia contra ,*

*Tela Latinorum;*  
 eumque in finem multa auctoritatum millia ex ido-  
 neis Scriptoribus excerpta concessi.

9. *Ante larem primum*) Primo in limine , vel in  
 fronte domus. Quod si *Lar* intelligatur deus , et pri-  
 mū adverbialiter acceptum , non ad locum , sed  
 ad tempus pertineat ; sensus erit : *primum omnium cor-  
 ram deo Lare spicae corona , perfectâ messe , suspen-  
 ditur ; diis quippe Laribus primitias frugum , ejusque*  
*modi coronas offerre Agricolæ Romani solemne ha-  
 bebant.*

10. *munera*) Nomen hoc in superiori versu positum  
 Librario battologiae locum præbuit. Quamobrem sy-  
 déra supponendum arbitror , maximè cum sequatur  
 verbum *reddo* ; namque id locutionis genus alibi non  
 semel Germanicus adhibet his versibus :

— et qui sua sydera reddit.

*Sydera cum reddunt sinceros eminus ignes.*

11. *Num qua lète hyemi*) Locus oppidò corruptis-  
 simus , qui tripliciter ita legi potest : *Nunquam lète  
 hyemi , vel Nunquam lata hyemi , vel forte Namque  
 latent hyemi.* Quæ autem lectio Siderali Disciplinæ  
 sit aptissima , decernat Astronomus.

12. *arcu pollens*) Arcitenens , alio nomine *Sagittarius*.

13. *imbris fusor*) Nempe *Aquarius*. Idem nomen alibi  
 Poeta his circuitionibus exprimit: *signi undentis larices .*  
*Qui fundit latices celo.* Ea verò dictio hoc significa-  
 tu , scilicet pro Aquæ , alijsve liquoris fusore , Hi-  
 spanæ *Derramador* , omnino abest à Linguæ Latinæ  
 Lexicis quibusque locupletissimis ; et nunc primum ,

*Germanico Cæsare* auctore , prodit. Neque etiam æris ,  
 vel metalli cuiuspiam fusorem significans , certo satis  
 testimonio ibi nititur , nisi apud *Facciolati Calepinum* ,  
 qui Justiniane Codicis allegat auctoritatem : quam  
 quidem ego hac altera confirmaverim è *Gruteriano*  
*Inscriptionum Corpore* prioris editionis petitâ , ubi pag.  
 DCXXX. Num. 9. legitur FVSOR OLLARIUS ;  
 ænearum enim quoque ollarum usus apud veteres  
 invaluit.

14. *ignis*) Pro ignes. Sic itidem legas in Germanici  
 Prognosticon Fragmento , quod Grotius edidit.

15. *nubis*) Pro nubes , quod in recto casu Numeri sin-  
 gularis exire in ES omnes antiqui Grammatici con-  
 sentiunt. At *Nubis* extat in eodem casu , sed masculino  
 genere , apud Plautum , *Mercat.* Act. V. sc. 2. v. 38.

16. *probi*) Aliter legere et Versificationis lex , et Epitheti  
 adversitas jubet ; ubi enim terrarum *probus* Tau-  
 rus ? nisi forte ,

*Cælestis quoniam est , dicitur iste probus.*

Omnino itaque existimem legendum *pron* ; tali quippe  
 habitu , prono scilicet et minaci capite , eum in  
 orbe signifero se habere cùm in aliis MSS. Codici-  
 bus , tūm in hoc expressa ejus imago demonstrat. Quid  
 quod de *Tauro* ait alibi Germanicus :

— lucidus ore minaci ;

et Avienus in *Arateis Phenomenis* :

— flexo facet illic crure , minaces

*In terram figens oculos.*

17. *Insertus*) Perperam *Insertus* in Msto. *Insertus*  
 autem *Cancro* valet *conunctus Cancro* , sive ejus *astrum*  
 ingressus.

18. *primæ*) Id est *primoris*. Eodem sensu dixit ali-  
 bi Poeta *ultima cauda , novissima cauda.*

*Martia non illos turbabit stella, neque imbre,  
Aut ulla condet nitidos caligine soles.  
Sed si forte diem victus mutaverit aer,  
Et ventos, aut fundet aquas; gelidissimus undæ  
Tum (19) rigor, et toto Boreas dominabitur orbe.  
At facilis glebae luta (20) stringit frigore verno  
Alma Venus, Pecudis claro cum vellere fulsit  
Sub lucem exoriens; eademque, ubi tempore eodein.*

19. *Tum rigor*) MS. Liber habet *Rim rigor*. Bone Deus! Quis vocum sonitus! Lirnæ ferrum obrodentis audire mihi videor stridorem. Itaque pro *Rim*, multum resonante, nihil significanter vocabulo, *Tum* planè legendum censeo, præsertim quando id Adverbii Germanico est familiarissimum, qui eo bis supra utitur in hujus Fragmenti versibus:

*Tum crebro magnus tonitru pulsabitur aether;  
Tum resoluta dabit nimbus cum grandine nubis.  
Alibi præterea *Tunc* ipsi etiam voci *rīgor* præpositum ita usurpat:*

*Tunc rigor, aut rapidus ponto tunc incubat aer.  
Quæ tamen nihil vetant *Hinc* quoque pro *Tum* legere.*

20. *luta*) Fassat hinc *luta*, vox etiam significatio expers: ejus vicem *luta* implet, quæ in plurali numero nunc rarissima, vel nulla potius, olim apud Ciceronem et Casarem, duo maxima Romanæ Linguæ lumina, reperiebatur, testantibus Flavio Capro inter Antiquos Putchii Grammaticos, col. 2244. vers. 19. et 20. et Nonio Marcello, Cap. III. num. 132. quorum tamen testimonia vel in copiosissimis et accuratissimis Dictionariis, Thesauris, Calepinis desideres. Hæc igitur Vox, accedente jam tertio Auctore,

## Alterius Fragmenti GERMANICI CÆSARIS Variantes Lectiones ex Codice MS.

1. EDIT. *Ætherium venit thalamum super imbribus atrum*. MS. *Ætherium venit taurus super imbribus astros*. Quæ Lectio favet, ac jure quidem, Grotio legendum putanti  
*Ætherium venit Taurum super, imbribus atris*  
*Et tonitru, &c.*

4. EDIT. *puta*. MS. *puta*. Hoc magis convenit Imperativo *crede*, quod in proximè superiori versu legitur.

5. EDIT. *Fons erit*. MS. *Fulserit*. Prope idem est ac *Folserit*, ut emendat Grotius. Ibid. desideratur in MS. *tamen*.

6. EDIT. *temperat annum*. Abest à MS. *annum*. Fortè hanc dictionem Librarius vel incuria omisit, vel in antiquo Exemplari minùs perspicuam, aut deletam legere non potuit.

7. EDIT. *Nemeæis finibus astrum*. MS. *nemæis finibus astri*. Hac lectione confirmatur

*Germanico nimirum Cæsare, oinno constet, et fastidiosissimæ secura Critices in lucem prodeat.*

Habes quidquid in vitiosissimo Carmine emendando explanandoque pro facultatis nostræ modo elabrorinus, idem rectius emendatum, enucleatiū explanatum edituri, si alterius Mstii Codicis adfuisset copia, quicunque conferre nostrum, et comparare licuisset.

Huic inedito Fragmento alterum continuatur, siue attexitur ad Germanici quoque *Prognostica* pertinens, et in quavis ejus Editione obvium, quod, ut prædicti, vulgo incipit ab hoc versu:

*Ætherium venit thalamum super imbribus atrum.*

Id verò quoniam Grotius minimè potuit cum MS. Codice, cuius ope cætera castigavit, (ibi enim deficiebat) comparare; ipsum cum Exemplari nostro diligenter conferendum existimavi. Licet autem posteriorius Fragmentum nec paucioribus, nec minoribus vitiis quam prius laboret; multæ tamen diversæ Mstii Lectiones ad sananda Excusi vulnera utiles fore visæ sunt. Quas hoc loco lubenter apponimus, Editionem à Grotio in imo ejus *Aratorum Syntagma* publicatam sequuti, adscripto singulorum versum Numero, in quibus variat Lectio, subjectisque et Grotianis et nostris Emendationibus Conjecturisque.

Grotii conjectura non incongruè legentis *Nemeæis finibus astri*.

8. EDIT. *Virgineque et Libra*. In MS. male deficit et.

10. et 11. EDIT. et MS:

*Nunc quoque nulla fides cælum cum scorpion  
Stat super.* (acer)

Sequere Grotium ita emendantem:

*Tunc quoque nulla fides cælo, cum Scorpion acrem  
Stat super.*

12. EDIT. *tum Jupiter ignibus omnes*. MS. *cum iuppiter ignibus omnis* (pro *omnes*). Non inscīte Grotius pro *ignibus* substituit *imbribus*.

14. EDIT. *Immitis grando cælo, quam sepe sonabit*. MS. *Immitis grando. cælum quam sepe sonabit*. Sic idem Scriptor orationem distinxit, et *cælo* in *cælum* mutantavit.

15. EDIT. *tendentis singulaque ignis*. MS. *tendentis singula signis*. O quantū id Lectionis obsecundat Grotio emendantis *spicula signi*! quain emendationem non dubitat ipse elegantem appellare.

18. EDIT. *Ægoceri*. MS. *egokeri*. Ita semper cum *k*.

19. EDIT. *Horridus at gelidos portendit*  
*Aqua-*

*Aquarius ignes.* MS. *Humidus ad (pro at) gelidos portendit aquarius ignis (pro ignes).* Et quomodo gelidi ignes? exclamat hīc merito Grotius. Substituendum ergo *imbres*.

21. EDIT. *Piscibus à geminis sub prima recurrerit astra.* MS. *Piscibus a geminis sub prima recurret in astra.* Non inficeta lectio, si pro *sub prima* *legeris supra*ma, hoc est, *superiora*. Nam *Venus*, testante Grotio, à *Piscibus* regressum facit ad *Arietem*.

22. EDIT. *Hesperus, hæc tibi signa feret, cum lucifer ora.* MS. *Hesperos hæc tibi signa labe tū cū lucifer cur ora.* Quot in uno versiculo vitia! Ex his tamen vocibus *labe tū* non improbè elicias dabit pro *feret*, quod minùs bene congruit *cum signa*. Dictiones verò *cur ora*, quæ *lucifer* subsequuntur, adscriptam margini Notam fuisse crediderim mirantis, sive interrogantis *cur ora* voci *Lucifer* adjungeretur; aut ipsum nomen *Lucifer* interpretantis *Auroram*. Ut cunque demum se habent ista, locus est in tanta luce tenebricosus.

23. EDIT. *Ingreditur.* MS. *Ingrediens.*

25. EDIT. *ecce hæc.* MS. omittit *hæc*; quod tamen ad integratatem versūs facit, nisi Cæsuræ beneficio suppleatur.

26. EDIT. *Vere caveto imbres, et fulmina culmine ab alto.* MS. *Vere cavere imbres & fulgera comam en alto.* Ex hisce posterioribus verbis legendum putem *fulgura culmine in alto*.

27. EDIT. *Phryxeum rutilo pecus irradia verit astro.* MS. *Pbrixee (Phryxeæ) rutilo (rutilo) pecudis radiaverit astro*, quod mihi præferendum videtur.

29. EDIT. *Flaminaque.* Perperam MS. *Flaminatq;*

30. EDIT. *E cælo diri dejecti grandinis ictus.* MS. *Diræ cælo, &c.* Hīc desideratur de; meliusque *diræ* quām *diri*, ut ad *grandinis*, non ad *ictus* referatur.

32. EDIT. *Appota Geminis eadem constans præstat.* MS. *Aponi geminis eadem constans perstat.* Quedam utrobique videntur defectu, quædam vitio laborare. Quam obrem solus patet conjecturarum campus.

33. EDIT. *inducit.* MS. *inducet.*

35. EDIT. *imber.* MS. *imbre*, quod magis sensui consentaneum.

36. EDIT. *Lucens alterna superabit nube serena.* MS. *Lucet & alternabit nube serena.* Suspicio verbuna *alternabit* ex duabus vocibus coaluisse, nempe ex *alternâ* et *va-*

*riabit*, quod verbum aptius est quām *superabit*.

38. EDIT. *non nulli corpore soles.* MS. *non ulli corpora soles.* Hanc feliciter Grotius, ingenio duce, nactus est emendationem.

42. et 43. EDIT:

*Ac rapidis idem ne solibus estuet orbis,  
Efficiet magni conspectu signa Leonis.*

MS. habet:

*Ad rapidis eadem ne solibus estuet orbis  
Efficiet magni signo conspecta Leonis.*

Qui versus clariorem præstant intellectum; ita enim *eadem* et *conspecta* muliebri genere ad Venerem pertinent, de qua Versus 37. *Sin leuis ingressa est, &c.*

44. EDIT. et M.S. *plerique.* Grotio placet substitui *plenique*; mihi verò *pluresque*.

46. EDIT. *repellit.* MS. *replebit.* Idque nobis magis arridet, utpote quo plana fiunt omnia, et à conjecturis Grotianis libera.

47. et 48. EDIT:

*— cælumque ob frigora prima  
Extremum autumni superent glacialia terræ.  
MS. — cælum ob frigore primo  
Extremum autumni superent glacia terrore.*

Ibi nullus sensus; hīc præterea solæcum et barbarismus.

50. et 51. EDIT. *ad diros omnia nimbos,* continuosque ruit. MS. *ad diris omnia nimbos continuosque ruit.* Vera, ut videtur, lectio: *at diris omnia nimbis, continuosque ruit.*

53. EDIT. *et crebro lumine ruptos.* MS. *et crebro fulmine ruptis.*

55. EDIT. et M.S. *mortalia numina vincent.* Hic Grotius, ingenio suo velificatus, *mortalia* in *mortales* mutat. *Hoc est, inquit, Dii homines fulminibus et tonitruis superabunt.* Verùm hæc longiùs à sensu discedunt. Ego verò levissimâ duarum vocum *numina* et *vincent* mutatione totam rem expediri arbitror, ita nimirum legend: *mortalia lumina vincet*, id est, *mortales*, si ve *mortalium oculos vincet*, tremulo scilicet nitore *flagrantis teli*, nempe *fulminis*, prout in superiori carmine exprimitur.

56. EDIT. *prædict.* MS. *prædicet.*

57. EDIT. *Extremis sævis.* MS. *Extremis ævis.* Quæ lectio, si *s* vocabuli *Extremis* adjungas sequenti *ævis*, planè Grotio suffragatur legendum *Extremi sævis* judicanti.

58. EDIT. *Ostendunt.* MS. *Ostendent.*

59. EDIT. *Et quoniam certis exstat via cognita signis.* MS. *Est quoniam certis rati viæ cognita signis.* Duabus hisce corruptis

voculis *rati viā* hand ineptè substituas re-  
ctè via.

60. EDIT. *mundo*. Malè in MS. *mundus*.

62. EDIT. *solitos per sidera cursus*. Per-  
peram in MS. *solitus per sydera cursus*.

63. EDIT. *Cum pecudum villis auratum*  
*fulserit astrum*. MS. *Cum pecū villis aura-*  
*ti fulserit astro*. Præstare mihi videtur po-  
sterior lectio, si tamen pro *pecū* substituas  
*pecoris*; hujus enim carminis sententia est:  
*Cum in Arietis signo Mercurius fulserit*.

65. EDIT. *patienti*. MS. *patiendæ*. Rectius,  
ita ut ad pluralem dictionem *iræ*, in su-  
periori versu positam referatur. Grotius  
verò *quatiendi* legendum putavit; sed mi-  
nus aptè. Codicis igitur nostri beneficio fit  
apertior commodiorque oratio duobus hi-  
sce versibus complexa:

*Ventorumque graves et diræ grandinis iræ*  
*Non intermissa patiendæ tempore surgent*.

66. EDIT. *Quin pluvias alias*. MS. *Quin*  
*alias pluvias*.

68. EDIT. *Ast ubi se Taurus sinuatis cor-*  
*nibus effert*. MS. *Ast ubi se tauri*, &c. Quan-  
tum inter utrumque discriminis! Diversi  
casus *Taurus* et *Tauri* diversam prorsus  
sententiam efficiunt. Prior quidem *Tauri*  
signum prodire; posterior *Mercurium* in  
*Tauri* signo se ostendere, vel hinc exire  
denotat.

69. EDIT. et MS. *Grandine significat*. Fru-  
stra locum hunc sollicitat Grotius, pro si-  
gnificat legens *signa facit*; hīc enim *Signi-*  
*ficat* verbum est absolutum, eoque sensu  
à Plauto usurpatum *Trucul. Act. IV. sc. III.*

v. 14. his verbis:

*Neve inter vos significetis, ego ero parties.*  
Ad rem verò aptissimè, idem Verbum ab-  
solutè usitatum invenias apud Plinium *Hist.*  
*Nat. Lib. XVIII.* ubi de Tempestatum si-  
gnis sermo est, quas sidera prænuntiant.  
Ibi enim hæc *Cap. XXVI.* occurunt: *A bru-*  
*ma in Favonium Cæsari nobilia sidera signi-*  
*ficant... A Favonio in æquinoctium vernum*  
*Cæsari significat.... Ab eo ad Vergiliarum*  
*exortum matutinum Cæsari significant*.

Eod. Versu. EDIT. et MS.

— *Geminis tranquilla sereni*  
*Et placidum nautis spondet cœlumque fre-*  
*tumque*.

*Sereni* loco legendum omnino *serena* sub-  
stantivum plurale, ut apud Maroneum est  
*aperta serena*. Quo fit, ut Versuum talem  
pateat esse sententiam: *Mercurius in Signo*  
*Geminis tranquillam serenitatem, &c. spon-*

*det*; neque opus sit variâ Grotii lectione  
et Nominum casus, et Verborum numeros  
permutantis.

71. EDIT. *Nubila atque imbræ*. MS. *Nu-*  
*bilaque atque imbræ*, ut rectè idem Gra-  
tius emendavit.

72. EDIT. *Certior ardor erit, quamvis ju-*  
*bet aura Favoni*. MS. *Certus ardor erit quam-*  
*vis juvet aura fauoni*. Melius *Certior*; sed  
minus bene *jubet*.

74. EDIT. *Templa sed ætherei simul ac pos-*  
*sederit ignis*. MS. *Templa sed extreis, &c.*  
Pro *extreis* lubens substituerim *astræi*, quod  
ab *Astrea*, velut à *Cytherea Cythereus*, non  
absonè derivetur: ita ut ad genitivum *ignis*  
pertineat. Grotius quidem *Astrææ* emenda-  
tionem excogitavit; at cætera non æquè  
feliciter.

75. EDIT. *pluvias meditabitur ingens*. MS.  
*pluvias tantummodo libra*. Ad hunc verò  
versum accedit alter hic, quem in Editis  
frustra quæras:

*Scorpios & pluvias meditabitur, undique*  
*venti,*  
qui bellissimè copulatur cum sequenti He-  
mistichio:

*Undique grando venit.*

78. EDIT. *Aut ubi consurgit Capricornus*  
et ipse *biformis*. MS. *Aut idem ubi consur-*  
*git capricornis & debiformis*. Is versus ad  
normam superioris emendari potest; vel  
pro *debiformis*, legatur *inde biformis*.

80. EDIT. *perrumpit*. MS. *perrumpet*. Con-  
venientius, si quidem præit deducet.

84. EDIT. *fas sit*. MS. *detur*.

85. EDIT. *Quandoquidem exoritur mundo*  
*Cyllenius ignis*. MS. *Quandoquidem exoritur*  
*ignis quoque cylleneus*. Prior versus mihi plus  
arrideat.

86. EDIT. *primum modo cum lumine so-*  
*lis*. MS. *primo modo cui cum lumine solis*.  
Prior quidem versus syllabâ minor clau-  
dicat; posterior verò, etsi non claudicat,  
aliter ægrotat. Utrobique malum demum  
est, cui non nisi libri sinceroris ope fa-  
cile medearis.

87. EDIT. *moneat quoque discere*. MS. *mo-*  
*neatque discedere*. Msti Codicis patet vitio-  
sa lectio, non constante suis numeris ver-  
su. Cæterum commodus utrinque sensus  
abest; neque Grotianum *उत्तरपातृ* plane  
satisfacit.

89. EDIT. et MS. *iunget*. Feliciter Gro-  
tius substituit *ninget*, additâ distinctionis  
Notâ ante *florentia rura*.

91. EDIT.

91. EDIT. Uretur cælum. MS. Urenturq;  
cælum: locutio bis vitiosa.

92. EDIT. ingreditur, quod mensuræ carminis planè repugnat. Multò rectius in MS. concenderit.

93. EDIT. quæras. MS. quæres.

Eod. Versu. EDIT. et MS. Taurum sœvire videbis. Tres præterea, qui sequuntur, Versus pariter sese utrobique habent. At legendi interpungendique omnes videntur, quemadmodum legit interpusxitque Grotius, ita videlicet:

— Taurum sœvire videbis

Grandine, nec contrâ ferri ratione probanda  
Aut Cancrum, aut Geminos: calidus vestigia  
servat

Hæc quæ dicta Leo, sœvisque caloribus ardet.

99. EDIT. Flatus at Geminis miscet tranquilla serenis. MS. Flatus ad gelidis miscet tranquilla serenis. Ego verò, et Msti lectio-  
ne adjutus, et quia de Geminis facta est  
jam supra mentio, sic emendare non du-  
bitarim:

Flatibus at gelidis miscet tranquilla serena.

100. et 101. EDIT:

Spiciferæque manu tendenti libera nutu  
Dissentit diuæ.

MS. verò ita habet:

Spicifera dea nuta manu nec libera tendenti  
Dissentit diuæ.

Priores illi versus nullum, ipso fatente Grotio, sensum exhibit; neque etiam, me judice, posteriores. Aliquem tamen isti satis commodum exhibuerint, si hac ratione corrigantur:

Spiciferâ Dea nota manu, nec Libra metenti  
Dissentit Diuæ.

Quæ quidem Correctio non æquo licen-  
tior videri debet, perpensis nimirum affi-  
nibus, quæ Msti Lectio ministrat, vocabu-  
lis. Metenti Diuæ, id est, Virgini, quæ Ce-  
res à quibusdam putatur. Ad hanc verò  
pertinet Versus supra emendatus:

Flatibus at gelidis miscet tranquilla serena.

102. EDIT. & ventis. MS. aduentis. Le-  
ge: à ventis.

107. EDIT. Frigidus at rapidis. MS. Fri-  
gidus a rapidis. Fortè hinc excidit t.

108. EDIT. Brumalesque dabit pluvias. MS.  
Brumatusque dabit pluuias. Ignota sanè præ-  
senti Latio vox Brumatus. Interea verò dum  
aliud appareat ejus testimonium, Lectio  
Brumales potior habeatur.

109. et 110. EDIT. — secura laboris,  
Non fruistrans animum certo me limite ducat.

MS.

— securas agem

Non frustrat animum certo me limite ducit.

Priori Lectioni nullus quoque inest sen-  
sus, Grotio ipso non diffidente; qui ta-  
men emendationem hanc pro Carminis,  
qua ille usus est, Editione, satis probabi-  
lem affert:

— si cura laboris

Non fruistrans animum certo me limite ducat,

&c.

Posteriorem verò Lectionem sensu etiam  
idoneo et perspicuo donare conabimur,  
ejus verbis ita reconcinnatis:

— si cura, sagacem

Non frustrata animum, certo me limite ducit,

Hæc eadem tibi signa dabunt non irrita Pisces.

Hactenus in utrumque Germanici Pro-  
gnosticorum Fragmentum Notæ, variantes  
Lectiones, Emendationes et Conjecturæ.  
Utinam alteram ejusdem Carminis partem  
ad Phænomena pertinentem cum Exempla-  
ri Msto conferre pariter daretur, parem-  
que operam in eadem expendendâ et ca-  
stigandâ collocare. Quamvis enim ea Pars  
non minùs quam cæterum Carmen cor-  
rupta sit ac vitiosa; planè tamen confidi-  
mus, nonnullos ex hujusmodi collatione  
integriores sincerioresque sensus elicien-  
dos fuisse, unde optimo Poetæ, pessimè  
omnium habito, lucis aliquid et sanitatis  
accederet. Hujus autem provinciæ ornan-  
dæ quum otium nequaquam suppeteret,  
satis mihi fuit sedulò exquirere an Versus  
aliquis ad Phænomena pertinens in Codice  
nostro extaret, qui in Grotiana Editione  
desideraretur. Multis sanè ille deficit, qui-  
bus hæc abundat; nonnullos contra inven-  
tias ibi, quos hîc frustra quæras. Illi ve-  
rò tantum sunt omnino quinque, quos,  
veluti venerandæ Antiquitatis reliquias, om-  
nium ejus Cultorum oculis subjiciam.

Primus occurrit in laudato Cod. fol. 69.  
inter vers. Coclitis (in excusis Poplitis) in-  
uentor, et vers. Bellantem comitata iouem,  
qui Grotii Syntagmat. Arateor. pag. 88. le-  
guntur; estque hujusmodi:

Prælia commisit diuorum latior ætas.

Alios quatuor invenimus prædicti Cod. eo-  
dem fol. his versibus interpositos Et geli-  
dus capricornus, et Orbis (in excusis Aevi)  
perfecti, quos apud Grotium ejusdem Syn-  
tagmatis pag. 89. reperias. Sic verò se ha-  
bent:

Huius quantum altas demergitur orbis in  
undas.

*Oceani tantum liquidum super aera lucet.  
Nullaque nox bis terna minus cælo trahit  
astræ.*

*Nullaque major erit quam quanto tempore  
in austros.*

Atque hoc loco prætermittere non possumus posterioris Versuum, quibus modo allati interseruntur, luculentam emendationem. Is apud Grotium ita legitur:

*Ævi perfecti divisus tollitur orbis;  
videtur autem ex Msto sic omnino emen-  
dandus:*

*Orbis perfecti divisus tollitur arcus.*

Cæterum Germanici Cæsar's Poema hoc nostro Codice contentum, multò defectius est (ut supra monuimus) quàm à Grotio publicatum. Nam primùm in omni fermè Sidere uno, vel altero, vel pluribus versibus mutilatum cernitur. Deinde in amplissimo *Phænomenon* Fragmento CCLXV versibus constante, quod idem Grotius *Syn-  
tagmat.* pag. 86. edidit (1), carminibus CXIV deficit. Prætereà caret Prognosticorum Fragmento XXVIII versibus complexo, quod *ibid.* pag. 94. idem primus evulgavit. Postremò destitutum est elegantissimā et anteà non excusā sedecim versuum particulā, ad Librum Germanici *de Planetis et Signis Zodiaci*, ut ipse Grotius putat, spectante, quæ inter hujus *Notas* ad illius *Phænomena* pag. 19. tam penitus abdita atque abstrusa delitescit, ut adhuc inedita ac prope nulla esse videatur. Quapropter ipsam, quasi deperditam gemmam, conclamandam, et locum, ubi inveniatur, palam indicandum censuimus.

Jam verò si postulas ut, datam superiùs fidem liberaturus, nonnulla de Stellarum Siderumque *Imaginibus*, quibus totum Germanici Carmen distinguitur, ac de *Veteri Scholiaste*, cuius Commentariis idem illustratur, edisseram; illæ quidem XLII omnino sunt, quadratâ omnes formâ, crassis et sordidis coloribus, rudique penicillo, ut eâ, qua Codex ipse descriptus, ætate; ad illarum tamen pleræque similitudinem accedentes, quas Germanico suo incidi Grotius curavit, parique propemodum ordine collocatæ. Ad *Scholiastem* quod attinet, is planè idem habendus est, qui Germanici Cæsar's assecla, alternum quasi ser-

monem instituens, id est, ejus carmina suis intersecans Scholiis, in quavis editione cernitur; tametsi verbis aliquot sive additis, sive omissis, sive commutatis ab illo discrepat. Atque uberior certè in fine appetat, continenter ac citra inscriptionem consequente *de Solis Significationibus* Commentariolo, qui Msti Exemplaris columnas implet tres, à fol. scilicet averso 73. ad fol. 74. itidem aversum, ab his incipiens verbis: *Primum a sole capiemus præsagia. Purus oriens: atque non feruens: serenum diem nunciat;* et in hæc desinens: *Quid ergo delphini? tantum banc injuriam timent. Immo & cæteri pisces. sed hi tantum appa-  
rent quia exiliunt. Cæteri: in imo gurgitis descendunt.*

Pluribus verò de his agerem, nisi Latinarum Musarum illecebris delinitus, Græcarum immemor jure ac meritò argui pertimescerem. Relicto igitur Latio, Græciam cogito. Reditum properanti en Argom mihi suam præbet Apollonius: quò me ille vocat, alacriter sequor. Jamque navem conscendo, jam petitum littus, tam perito rectore, feliciter contingo; jam institutæ Recensionis viam persequor.

Fol. 24. Γένος ἀπολλωνίου τοῦ ποιητοῦ. Genus Apollonii Poetæ. Incipit: Απολλώνιος ἀργοναυτῶν (leg. ἀργοναυτικῶν) ποιητής, τὸ μὲν γένος ἀλεξανδρεὺς. Desinit: Καὶ τὰ μὲν τοῦ γένος τοιᾶτα.

Id quidem Genus ex eo ferè depromptum est, quod præfigitur Apollonii Rhodii Argonauticis à *Jeremia Hoelzlin* unâ cum Græco Scholiaste editis Lugd. Batavorum Anno CIC IDC XLI. in 8.<sup>o</sup> Sed hic sub finem accedunt: καὶ τῆς ἐν ἀλεξανδρείᾳ βιβλιοτήκης περὶ παφῆναι τε ἐν τῇ πα-  
τρίδι σὺν καλλιμάχῳ. Hoc est: et Bibliotheca Alexandrina præfectum fuisse, et in patriâ cum Callimacho sepultum.

Αλλας. Aliter (ejusdem Genus). Incipit: Απολλώνιος ἀλεξανδρεὺς νῖος σιλλέως. Hoc è *Suidæ* verbis in *Απολλώνιος* contractum est, quibusdam trajectis, vel commutatis. Statim subeunt de Poetarum *Plejade*, quæ sub Ptolemæo Philadelpho claruit, hujusmodi Excerpta:

Ἐπὶ τοιάτῃ παρῆσσεν πολεμαῖο τῷ φιλα-  
δέλφῳ οἱ πλειὰς σκληθόσι· θεόχριτος ἄρατος·  
νίγεται

existimamus; licet nihil ipse cā de re in Notis tradat; nihilque *Fabri* de Germanici Editionibus agens, annotaverit.

(1) Amplissimum hujusmodi Fragmentum in prioribus *Grotianâ* Editionibus, quas videre mihi contigit, desideratur. Quare id primū à *Grotio* vulgatum

νίκαιος· καλλίμαχος· ἀπολλώνιος οὗτος λυκόφρων οἵμαζε· ὄμηνος ὁ νέος τραγικός. Άλλως κατὰ ήφαστίαν· ὄμηνος βυζάντιος· νίδος ὄμηνος (2) ποιήσιδος· σωσίθεος· λυκόφρων· ἀλέξανδρος· αἰαρτίδης· σωσιφάντης· φιλίσκος.

Quæ Latinè sonant: *Septem Poetæ adfuerunt Ptolemaeo Philadelpho, qui Plejas appellati sunt: Theocritus, Aratus, Nicander, Callimachus, Apollonius hic; Lycophron, ut puto; Homerus junior, Tragicus. Aliter secundum Hephaestionem: Homerus Byzantinus, Poetriae Myrūs (sive Myronis) filius, Sositheus, Lycophron, Alexander, Aenides, Sosiphanes, Philiscus.*

Eod. averso. Τρόποθεσις. Argumentum (*Argonauticon scilicet*). Incipit: Τυρὼν ί σαλμωνίων θυγάτηρ ἐποίησεν σὲ τοῦ ποσειδῶνος υπέλειαν πελίαν. Desinit: τὸ δὲ θεούμαλλον δέρεται τοιάντινον ἔχει τρόποθεσιν.

Id Argumentum laudatae supra Editioni præfixo consentit, licet dictionibus aliquot partim trajectis, partim additis; aliás detractis, commutatis aliás.

Περὶ τοῦ θεούμαλλου. De Aureo Velletri. Hanc *Aurei Velleris Notitiam*, quum à præfixâ memoratae Editioni tūm verbis, tūm sententiis multūm sit diversa, multoque uberior, utpote quæ, præter fabulosam narrationem, contineat historicam; ad hæc publicæ nondum lucis compos nobis videatur; operæ pretium duximus apponere.

Περὶ τοῦ θεούμαλλου δέρεται.

Άθαμας νίδος ὄμηλον ἀδελφὸς κρηθέως ποιεῖ σὲ τῆς νεφέλης δύο πᾶμας· φρίξον καὶ ἐλλην. τελευτούσιον δὲ αὐτῆς γαμεῖ ἵνα· ἥτις ὡς μητριὰ ἐπειδούσε τοῖς πατεῖν αὐτοῦ. φρύτουσα γὰρ τὰ στέρματα ἐδίδου τοῖς γεωργοῖς· καὶ οὐκ ἔφερόν ποτε καρπὸν. ὁ δὲ άθαμας ἐπεμψεν εἰς τὸ μαντεῖον μαθεῖν τὴν ἀγτίαν· ἢ δὲ ἵνα πέμψασα γείματα τοῖς μάνταις παρεπεῖν· εἰ μὴ τὰ σὲ τῆς νεφέλης πατεῖα ἀναφεύειν, οὐκ ἂν ἡ γῆ καρποὺς δοῖν. μέλλοντος δὲ τοῦ ἀθάματος ἀποκτεῖναν τοὺς πᾶμας, κατῆλθε κρίσις εἰτα ἐπὶ τῶν νάτων λαβῶν εἰσεῖσον εἰς τὴν θάλασ-

σαν καὶ οὕτως ἀρχεταμ καλυμβᾶν. ἐλθὼν δὲ περὶ τὸ σενὸν τῆς πρωάδος τὴν ἑλλην σκηνὴν ἀποσάλλει· ὅθεν καὶ ἐλλήσποντος ἀνομάσθη. αὐτὸς δὲ εἰς καλχίδα ἀποκομίζεται· κακεῖ σφάξας τὸν κριόν θύει δὲ φυξίω. ὅπε ἐξέφυγε τὴν ἐπειδούσαν τῆς μητριᾶς· καὶ γαμεῖ γαλκιόπην θυγατέρα ἀρίτου τοῦ τῶν καλχῶν βασιλέως· εἰς ἦν ἐγγέννησε τέσσαρας πᾶμας· ἀργον· κατίσωσεν· μέλαινα· καὶ φρόντι· καὶ οὕτως σκεῖσε τελευτᾶ· καὶ τὰ μὲν μαθικὰ ταῦτα. τὸ δὲ ἀληθὲς οὕτως ἔχει· κρίσις ἦν ἀνθρωπος ἐπίτευξπος καὶ διοικητὴς τῶν τοῦ ἀθάματος ὄραγμάτων θρέψας τὸν πᾶμα· ὃν συμπάθειαν χάριν, ἐξέπει τὴν ἐπειδούσαν τῷ φρίξῳ. κατεποκενασσαν δὲ πλοῖον καὶ ἐπλευσαν ὅμοιον εἰς Ἑλ (sic. Leg. ἐλλησόντου) τὸ σενὸν φεύγοντες τὴν ὄργην τοῦ ἀθάματος καὶ οὐ μὲν ἐλλην ὡς κόρη ἀπειπούσα εἰκῇ τέθηκε καὶ ἐτάφη τῷ τόπῳ δοῦσα τὸ ὄνομα. ὁ δὲ φρίξος μετὰ οὓς, ὡς λέγει παλαιόφατος, ἐπλευσεν εἰς τὸν φάρον τοῦ Βοσσόρεω· οὐδὲ ιὸς ἐκόμιζε μετ' αὐτῆς ἐκόνα γευστὴν ἦν ὁ μῆθος γεύσειον δέργας ἐπλασε. ἀκούσας δὲ ὁ ἀρίτης τὸν φρίξον ἐκεῖ πλανάμενον ἐκάλεσε καὶ γαλκιόπην τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα ἐδάκνεν εἰς ἦν ἐγένοντο οἱ τέσσαρες πᾶμας. Περὶ δὲ τοῦ δέρεται τοῦ θεούμαλλου διάφοροι σι δόξαι τῶν ἡμετέρων· οἱ μὲν ποιτὰ λέγουσι εἴναι τὸ κώδια τὸ θεούμαλλον κεκοσμημένον γευσῶ καὶ ἀργύρῳ καὶ λίθοις πιρίοις. παλαιόφατος δέ φησι εἴναι τὸν θεούμαλλον ἐκείνην ἐκόνα τῆς νοῦς τῆς μητρὸς τοῦ πέλοπος. ἄλλοι δέ φασι εἴναι φύγματα θεούμαλλον ἀ ἔφερεν ὁ φάσις ποταμὸς καὶ οἱ Βάρβαροι σὲ δέρμασιν ἀπετίθεσσαν ἔως ἀν πωληθῶσιν. ἄλλοι δέ ταῦτας ἐγένοντο τῆς δόξης ὅπις ἦν Βιβλίον περιέχον τὴν τέχνην τῆς γαλχυμίας· εἰς ἦν τὸν γαλκονον θεούμαλλον ἐποίειν· ἦν δὲ μέμβρανον ὅθεν δέργας ἐπλασθῆ· θεούμαλλον δὲ οὐ ποιοῦν θεούμαλλον:-

26. Απολωνίου ροδίου Αργοναυτικῶν πρῶτον. Apollonii Rhodii Argonauticon Liber primus. Incipit: Αρχόμενος σέο φοῖσε παλαιγνέων κλέα φωτῶν.

In superiori hujus folii margine Constantini Lascaris manu præscriptum:

Αλέξανδρεὺς ἦν ὁ ἀπολώνιος· διέτηψε δὲ εἰς ρόδῳ· ὅθεν καὶ ρόδιος ἐκαλέσθη. Id est: Alexan-

mina novem illustrum Feminarum, ex Bibliotheca Fulvii Ursini, Antuerpiæ typis Plantini edito MDLXVIII. in 8.º Græca Hephaestionis verba sic se habent pag. 43. Οὐρεὺς οὐχ ὁ ποιτὴς, ἀλλ' ὁ Μυρεὺς τῆς Βυζαντίας ποιτεῖδος. Unde, ex pravâ scilicet Articuli i cum voce Μυρεὺς conjunctione, liquidò patet natam esse deteriorem hanc Hephaestionis Scholiastæ lectionem, neque à Lascari, neque à Fabricio animadversam. Ceterum de Poetria hujus nomine et rebus consulesis Kusteri Notas ad Suidam in Μυρεὺς.

(2) Non leve sanè mendum: pro ὄμηνος lege μεγεῖς, vel μεγεῖς; à recto μεγεῖς, vel μεγεῖς. Hoc usurpat Athenaeus in *Dipnosophist.* et Eustathius ad *Homerum*; illud plerique, nimurum *Antipater*, *Parthenius*, *Tatianus*, *Christodorus*, *Suidas* et *Hephaestionis Scholiastes*. In Indice tamen Scriptorum cùm ab *Hephaestione*, tūm à *Scholiaste laudatorum*, quem Fabricius *Biblioth. Graeca Vol. VII. pag. 19.* edidit, hæc leguntur: *Homerus junior filius Homerūs poetria Byzantina*, ubi nominis *Homerus* errorem ille non animadvertisit. Hujus autem originem accipe. In Libro, qui inscribitur *Car-*

xandrinus erat Apollonius. Rhodum incoluit: quapropter Rhodius etiam appellatus.

Cæteri Libri ad fol. usque 130. integri sincerique ex ordine consequuntur. Omnia verò singuli ferè margines autographis ejusdem Constantini Annotatiunculis, minio plerumque distinctis, enitescunt.

131. Paginis duabus vacuis interjectis, occurrit sine titulo brevis *Tryphiodori* mentione, quæ incipit: Τρυφιόδωρος αἰγύπτιος χερματικὸς καὶ ποιητὴς ἐπῶν. Eandem totidem verbis apud *Suidam* invenias, sed bipartitam, in vocabulo Τρυφιόδωρος repetito.

132. Τρυφιόδώρου ἀρχυπλίου Ιλίου ἄλωσις. Tryphiodori Aegyptii Trojæ Expugnatio. Hujus initium:

Τέρμα πολυχρήτοιο μεταχρόνιον πολέμοιο.  
Finis verò:

Ἐκ τροΐν ἀνάγοντο (in excisis ἀνόρογτο) μόθον  
πελέσαντες ἀχαιοί:-

Id Poema, Fabricio *Biblioth. Graeca Vol. I.* pag. 363. et ipsis numeralibus Notis in *Lectiano Poetarum Graecorum Corpore* diserte testantibus, est Versuum DCLXXVII; at nostro Codice contentum constat DCLXXXIII: unde Versibus sex hoc illo plenius esse colligas. Quinam verò essent hi, quo Poematis loculo vel angulo invenirentur, certior fieri cupidus, excusum et Mstum Exemplar inter se quām diligentissimè comparare sum aggressus. Quo facto, non solum duo illa mihi perspecta atque explorata sunt, sed hoc etiam, Versus aliquot utrobique vicissim suppetere, ac deficere; pluresque re verâ supra memoratis extare in Exemplari nostro, quām in excuso. Quæ quidem singula, proximè laudatæ *Poetarum Graecorum* Editionis et Verba et Numeros sequens, enucleare minutius in hunc modum conabor.

Atque, ut ab iis Versibus exordiar, qui in Mstō desiderantur,

*Versus 3* deficit in MS.

Inter *Versus 94*, et *95* non ea defectūs apparent in MS. vestigia, quæ in excuso notantur asteriscis.

*Versus 105*, *106*, *107*, et *108* à MS. exulant.

*Versus 533*, *643*, et *644* inde pariter absunt.

*Versus 303*, asterisco, eclipsis sive defectūs indice, notatus, ita in Mstō legitur integer:

Οἴν καὶ τρώεσι τότε φθισίμερος ἀπ.

In Mstō autem Exemplari sequentes oc-

currunt Versus, quos in excisis frustra quæras.

Inter *Versus 27*, et *28*:

Αἴματι δακρύσας ἔχυθι πατρώios ἀνη.

Inter *Versus 95*, et *96*:

Καὶ σκολῖν ἐλίκεοσιν ἀραγγείοιο χαλινοῦ.

*Versus* verò hunc proximè antecedens ita ex Mstō legendum:

Αὐθεοι πορφυρέοις πέριξ ἕξωσεν οιμάντων.

Inter *Versus 168*, et *169*:

Τοῖοι δ' ἐπ' ἀδιμέτοιο πάτης πολυίσθητος ἀνέην.

Inter *Versus 172*, et *173*:

Ευρύπυλος τ' εὐαμονίδης ἀγαθός τε λέοντας.

Inter *Versus 191*, et *192*:

Πικρὰ δὲ πεινάοντες οἵζυρης ὥστε ἀνάγκης.

Inter *Versus 197*, et *198*:

Οφθαλμῷ ποθεόντες ἐλάνθανον σκῆτὸς ἐόντας.

Inter *Versus 205*, et *206*:

Φεύγειν ἀγγαλέουσα καὶ ἐλκέμεν εἴς ἄλα κοίλην.

Inter *Versus 209*, et *210*:

Ορμοὶ εἰς ἀντὶ πέρασον εὐτεφάνουν πενέδαιο.

*Versus 229*: Ορθρον ὥστε σκίσεντα, &c. anteponitur in Mstō *Versui 228*: Δήιον ἀγγαλέουσα, &c.

Inter *Versus 293*, et *294*:

Αμμιδ' ἀθηναίν ἐρυσίπολις ιγγαλονεύοι

Δαϊδάλεον σπεύδουσα λαβεῖν ἀνάθημα γέντη.

Inter *Versus 304*, et *305*:

Ηἵδεο σύνεχε λάζαρον ἐφέλκετο πένθος ἄλασην.

Αὐθεα δὲ δροσόντες ἀμπσάμενοι ποταμοῖο.

Inter *Versus 651*, et *652*:

Κιράμεγος τὰ ἔχεσα καὶ ἄλγεα νυκτὸς ἔκείνεις. Inter jacet prætereà unius *Versūs* deficientis spatium, quod in excisis minimè indicatur.

Inter *Versus 671*, et *672*:

Ηφαίστῳ δ' ὥστεικεν ἀτυζόμενος χόλοις ἤρης.

Ex omnibus igitur hactenus allatis conficitur, Versus octo in Mstō Exemplari deficere; quatuordecim contra extare, qui in excisis desiderantur. Quod minimè tamen pugnat rationi superiùs assignatae; quippe deductis è quatuordecim extantibus octo qui deficiunt, sex tantummodo superant, quo numero Mstum Poema impresso plenius esse prædicti. Quid variantes verò Lectiones memorem? Inter conferendum offendit prope innumerabiles, ad novam ejus Editionem adornandam usui maximo futuras.

Quod reliquum est, *Tryphiodori* Poema ejusdem *Lascaris* Notis et Emendationibus ad margines adscriptis passim illustratur; ipsius denique manu in fine subscriptum:

Κωνσταντῖνος ὁ λάσοναρις συγγένας εἰ μέδιον

λέγει

λάρα ἐγένετο. α, β, γ. Id est: Constantinus Lascaris descripsit et usus est Mediolani MCCCCCLXV.

144. Inscriptionis expers sequitur rubris litteris hoc de Claudiano Testimonium:

Κλαυδιανὸς ἀλεξανδρεὺς ἐπιποιός ἐπὶ ἀρχαισίου καὶ ὄντος τῶν νῦν θεοδοσίου τοῦ μεγάλου ἱωανοῦ βασιλέως γεγονότος κανονικῶν πόλεων. Οὐ πρέπει ἀρκάδιος ὁ δὲ ὄντος ράμπης. Ως σύντονος ὁ ποιητὴς πλεῖστα συθεᾶς λατινικῶς καὶ ἡληνικῶς ἐφ' ὧ καὶ τούτη ἐπιγέγραπται.

Ως ἐν βιργιλίῳ γόνον καὶ μοῦσαν ὅμηρον  
Κλαυδιανὸν ράμπην καὶ βασιλέως ἔθεσαν.

Hujusmodi Testimonium, sive Notitia nondum, quod sciam, typis pervulgata, si Distichon excipias, quod cùm in aliis editionibus Claudiani, tūn in Heinsiana legitur, idque emendatius quam hīc; ita enim se habet:

Εἰς ἐνι βιργιλίῳ γόνον καὶ μοῦσαν Οὐμέρου,  
Κλαυδιανὸν, Ράμπην καὶ βασιλέως ἔθεσαν.

Hæc Latinè cum ipso Disticho, nusquam versibus expresso, sic reddidimus:

Claudianus Alexandrinus, Poeta epicus, sub Arcadio et Honorio, filiis Theodosii Magni Hispani, qui Constantinopoleos Imperator extitit, ubi Arcadius imperavit, Romæ verò Honorius, quo familiariter utebatur hic Poeta, plurima Latinè et Græcè componens: quapropter hoc illi inscriptum est:  
Qui cor Virgilii, musam complexus Homeri est,  
Claudianum ponit Roma Ducesque jubent.

Vel aliter hexametro Disticho:

Qui cor Virgilii, musamque habet unus Homeri,  
Claudiano posuit gemino cum Cæsare Roma.

Græci Carminis (quisquis fuit) Artifex in voce Κλαυδιανὸν aut Συναρπότι usus est, aut Poeticā licentiā, penultimum a corripiens, quod Græcæ Prosodiæ Canon in Nominibus finitis in *αρο* plus quam trisyllabis, puta Ηρωδιανός, produci generatim jubet. Nonnulla tamen hujusmodi Nomina apud Poetas in penultimis syllabis correpta reperias, qualia Οὐμέρος, Ιουλιανός, Λουκιανός, ut ex Anthologia Lucianique Epigrammatis patet. Id ipsum Latinæ Musæ multò severius quam Græcanicæ præcipiunt: adeoque Oppianus, Julianus, Aelianus, Amilianus, Quintilianus, et sexcenta id genus vocabula cùm apud Martiale, tūn apud idoneos quosque Auctores penultimā syllabā producuntur.

Nihilominus tamen Græci Poetæ fidum

nimis ac pedissequum interpretem agere, et Romani sermonis leges violare jussit proprii Nominis adhibendi necessitas. Atque hoc loco idem mihi prorsū evenisse scias, quod Rittersbusio aliisque Scriptoribus, qui vetus Epigramma Græcum Oppianū, Poetæ clarissimi, simulacro subscriptum Latino carmine exprimere adorti, vocis Oppianus penultimam syllabam, à Martiale non semel productam, corrigerere sunt coacti. Quia de re adi (si lubet, aut vacat) ejusdem Oppiani Editionem à laudato Rittersbusio elaboratam.

144. averso. Κλαυδιανὸν γιγαντομαχία. Claudiani Gigantomachia. Non totum opus, sed operis Fragmenta duo, quorum prius, versus tantummodo XVII. complectens, ab hoc auspicatur:

Εἰ ποτέ μοι κωνωπίνῳ ἐπιπλώσῃ θάλασσαν.  
Unius verò et semis paginæ vacantis spatio interposito, sequitur fol 145. averso posterius longè amplius, quippe versibus constans LX, quorum hic postremus:

Καὶ περὶ καὶ νοῦσων συγερούσι τείρουσι γίγαντας:-  
Proximè adjacet Constantini Lascaris, qui utrumque Fragmentum pariter descriptsit, hæc Annotatiuncula: σιχ φμε. hoc est, Versus CXLV. de qua infra opportunius.

Hujus quidem Claudiani Poematis Græci ab eodem jam Lascari facta est mēntio in Schedulâ idiographâ, quam Codicis XLIII. foliis 176. et 178. insertam ac pro folio ad ipsum Codicem pertinente agglutinatam et Numero 177. insignitam inventimus, atque huc consultò rejecimus transcribendam. Librorum hæc aliquot Elenchum exhibit, quos idem Lascaris aut utilios habebat, aut nullos, quorumque exemplaria nancisci cupiebat, et ab Amico litterato reique Librariæ studioso petere videtur. Eam porrò, ut eruditam et ad Poematis testimonium præsertim idoneam, vīsum est totam adscribere.

Περὶ σωτάξεως.

+ Ει τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ τῶν ἀπολλωνίου τοῦ γερμανικοῦ κατὰ τὴν ἔκθεσιν τοῦ ἐμοῦ βιβλίου εἰσὶ κεφάλαια λδ. οἱ οὖσι λέπουσιν ὅπτα.

+ τὸ ἐκοτὸν τείτον οὐ νὶ ἔκθεσι. σωτήρια τῆς ζηνοδοτίου γερφῆς ἐν ἀγνομίᾳ καὶ ταῦτας ἀνασκεψί.

+ τὸ ἐκοτὸν τέταρτον. τὸ ὅπι νὶ ἐμαυτοῦ ἀρθροῦ τρεσσολαβούσα, οὐ πάντας οἱ σωτήριον ἐμοῦ σωτίθειται ὡς οἴεται τεύφων.

+ τὸ

- + τὸ ἐκοστὸν πέμπτον. τὸ ὅπι ἡ ἐμαυτοῦ εὐθεῖα οὐ σωτάσεται καθ' ἑπεργον τῷσιν πον.
- + τὸ ἐκοστὸν ἔκτον. τὸ ὅπι οὐ τὸ ἐμαυτοῦ εὐθεῖα ἔχει.
- + τὸ ἐκοστὸν ἕβδομον. ὅπι ἀναγκάσιας ἡ εὐθεῖα οὐ συνετεῖν.
- τὸ ἐκοστὸν ὄγδοον τὸ ὅπι ω̄ τὸ ἀλλήλων ἀπὸ πλαγίων ἔχει τὴν σύνθεσιν.
- τὸ ἐκοστὸν θ τὸ ποιῶ λόγῳ ἀρίσταρχος τὰς κατὰ τὸ πρίτον συθέτους πληθωπικὰς ἀλόγους πῆγεται.
- τὸ τριακοστὸν τὸ τίς ἀφοριὴ τοῦ ἐν τρίτοις μόνοις γεγενηθεῖσα οὐ μὴν ἐν τῷ πρώτῳ καὶ δευτέρῳ τῶν τὰ κεφάλαια λείπει ἐν τῷ ἐμῷ ω̄ ἀξιῶ ἐκχειρίην· ἐν ὑφει τετάρτῳ τῆς χάρτου.
- ἐπὶ τὴν ἐπισοδὸν πέμπτην τοῦ δημοσθένους ἀπελῆ ἔχω ω̄ ἀξιῶ τελέσας ἐσι δὲ περὶ τῶν λυκούργου παίδων. δημοσθένης τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν. περὶ μὲν τῶν γετεῖ ἐμαυτοῦ ἡ μοι παρ' ὑμῶν. μετὰ ἐξ φύλα μικρά ἐσι τὸ ἀκροτελεύτου ὥν οὐδὲν ὑμεῖς συλλογίζεσθε. ἀλλὰ ῥημάτων μοι ω̄ φιλανθρωπίας φθονοῦντες ἀν οὕτω τύχῃ ἐντεῦθεν ἐκχειρίητα τὸ λοιπὸν ὀλίγον ὄν.
- ἐπὶ δίλιτσον μοι εἰ εὐ παρεῖ τε (leg. εὖ παρεῖ π) γραφίας ὄρθογράφου· ἵνα φροτίσω ω̄ εἰ ἔχεις τοὺς ἴσορκους τῶν ῥωματικῶν. ἐπὶ δέοργυ κορνούτου ῥωμαίου περὶ ἀληγορίων τῶν θεῶν.
- παλαιφάτου περὶ παλαιῶν ἴσορκῶν.
- ἡρακλείδου πλατωνικοῦ εἰς τὰς ἀληγορίας τοῦ διμήρου.
- τὴν τοῦ αρόκλου τοιχίων.
- δεξιώτου πλατωνικοῦ πνεύ ὀλίγα τὰ εὐρισκόμενα.
- εἰ ἔχεις πνεύ ποιτὴν νέον παρὰ πνεύσιν δίλιτσον.
- ἐπὶ εἰ ἔχεις τοὺς λόγους δίωνος τοῦ γενοστόμου· ὥν περὶ βασιλείας εἴσι τέσσαρες. τὸν ἔχω. τῶν λειπῶν δέοργυ.
- ,, ἐπὶ εὐρίσκετον κλαυδιανοῦ γιαντομαχία,, τίχοι ρμε ὥν μέρος λείπει· ἐκ τοῦ ἵζ τίχοι,, χοῦ τοῦ ἡμετέροις ὑμοιοιν ἐπικεύσειν ἐπαιτε,, νον μέχει τοῦ ἄλλος δ' ἡλίοιο καταντίον,, ἵσατ' ἀπειλῶν.,,
- δίλιτσον μοι εἰ ἔχεις τὰ ἐλεγχά τοῦ θεόγυγος τοῦ σκελιώτου μεγαρέως.

Quæ in transcriptâ modò Schedulâ germinatis uncinis designantur, ea ad rem nostram omnino pertinent, atque ita Latinè sonant:

*Invenitur etiam Claudiani Gigantomachia, versus CXLV, quorum pars deficit à verso XVII:*

*Ημετέροις ὑμοιοιν ἐπικεύσειαν ἐπαιτει,  
ad hunc usque:*

A'λλος δ' ἡλίοιο καταντίον ἵσατ' ἀπειλῶν.  
Hæc Constantini Lascaris de *Claudiani Gigantomachia* Annotatio planè cum ejusdem Exemplari à se hic descripto concinit. Primum quidem Operis titulo, deinde ipsis Carminum verbis, tūm etiam defectu, nisi quod duo ibidem versus accedunt, præeuntque illum incipiente A'λλος δ' ἡλίοιο, quos ipse in Schedulâ, ut mutilos, pro nullis habuit; non tamen in Codice prætermisit: Versuum denique numero consentit.

Verū age, qua ratione Versus CXLV tūm utrobique, tūm in Epistolâ Bembi proximè referendâ *Gigantomachie* adscribuntur, quum ejus Fragmentum, sive potius Fragmenta hoc Codice complexa, Versibus LXXVII (etiamsi mutilos duos supra memoratos addideris) omnino content? Id verò, enarratâ hujus Poematis Inventione, ut arbitror, liquebit.

Dum Constantinus Lascaris inter vetustos quosdam Libros, quos ei non doctus homo donaverat, tūm diligenter inspiceret Hesiodi Fragmenta complectentem, in chartâ extremæ paginæ proximâ *Claudiani Gigantomachie* titulum reperiit, et pauculos tantummodò hexametros; tūm alteram iterum chartam, in qua opus desinebat: cætera tinea depopulaverant, ita ut versus non legi quidem, sed computari possent. Hinc Lascari non arduum fuit colligere universam eorum summam esse CXLV, quam ipse et in Annotatione Schedulae superius adductæ, et in Poematis hujus Mstī fine diserte profitetur. Quum verò in eadem Annotatione idem asserat ipsorum CXLV Versuum partem deficere, nihilque aliud in hoc Exemplari, præter ab ipso Lascari annotata, desideretur; haud dubiè profectò colligas Versus ex eo defectu superstites extitisse tantum LXXVII, qui nostro in Codice leguntur.

Increbrescente igitur celeberrimi Poematis reperti famâ, Angelus Politianus per negotiatores *Sicilienses*, ac præsertim ornatissimi et doctissimi Viri Petri Bembi operâ egit, ut Constantinus Lascaris illius sibi exemplum impertiret, quod Bembus suis ad eundem Politianum litteris attexuit datis *Messanæ XIV. Cal. Decemb. Anno M. CCCCLXXXIII.*

Litterariae hujusmodi Historiæ clarissimum certissimumque monumentum extat ipsa Bembi Epistola, quam non decurta-

tam, non mendis rerum intellectum invertentibus maculosam, quam *Heinsius* in sua *Claudiani* Editione Amstelodamensi an. MDCLXV. protulit; sed plenam atque integrum, sed ex emendatissimâ *Bembi* operum Editione Basileæ anno MDLVI. factâ fideliter expressam, huic loco adjiciendam existimavi.

## „ FLORENTIAM.

„ P. B. Angelo Politiano S. P. D.

„ *REDDIDERE* mihi Sicilienses negotia-  
„ tores codicillos tuos, quibus petebas ut  
„ *Constantinum* convenient, atque ab eo  
„ tibi *Claudiani Gigantomachiam*, quam ha-  
„ bere illum audieras, impetrarent: me-  
„ que hîc si reperissent, salute plurima  
„ impertirent tuis verbis, rogarentque ea  
„ in re ut sibi adessem, quod me certò  
„ esse facturum confidebas. Sanè eas lite-  
„ ras lubenter legi: erant enim tua manu  
„ scriptæ. Feci etiam, quod volebas fa-  
„ cere me. Nemo est enim doctorum ho-  
„ minum, quos ego omnes sanctissimè  
„ meherculè omnium et purissimè colo,  
„ cui gratificari porrò tam cupiam, quam  
„ tibi. Verùm quam habet *Constantinus*  
„ *Claudiani Gigantomachiam*, ea potiùs *Blat-*  
„ *tomachia* est. Etenim annis superioribus,  
„ dum inter vetustos quosdam, ac jam pro-  
„ pè defletos libros, quos ei non doctus  
„ homo quidam dono dederat, singula  
„ ipse (ut sui moris est) diligenter inspi-  
„ ceret, cum *Hesiodi* fragmentis in char-  
„ ta extremæ paginæ proxima, *Claudiani*  
„ *Gigantomachiæ* titulum reperit, & paucu-  
„ los tantummodo hexametros: tum al-  
„ teram iterum chartam, in qua opus de-  
„ sinebat: cætera tineæ depopulaverant ita,  
„ ut legi non possent: hæc quoque ipsa  
„ corrupta et infida satis, ut quæ ab in-  
„ doctis librariis describuntur. At poterant  
„ fortasse corrigi, dices, quæ te offendere-  
„ runt. Sanè sic est, neque ego id non  
„ cogitavi: sed sum veritus ne si emen-  
„ dare tibi librum voluisse, *Phormionem*  
„ *Philosophum* imitarer, ausum impera-  
„ tori Hannibali præcipere, quibus artibus  
„ optimè res ipsa procederet militaris. Igi-  
„ tur quæ habui, ita ut erant, huic epi-  
„ stolæ subtexui. Quanquam in illis ipsis  
„ quæ desiderantur, non valde multum  
„ amisimus. Nam ex versuum numero,  
„ quem eo in libro eique operi librarius  
„ supputavit, *Gigantomachiam* omnem car-

„ minibus CXXXXV. constare tutem vi-  
„ debis: ut credibile planè sit, *Claudia-*  
„ *num* eo in poëmate conscribendo, lu-  
„ sisce potiùs, quām ullum poëtæ sibi no-  
„ men quæsivisse. *Constantinus* te salvere  
„ plurimùm jubet: is te sic admiratur ut  
„ amet: sic amat, ut in quo tibi usui  
„ esse vel cura ejus, vel studium, vel  
„ etiam labor possit, nihil sis ab eo fru-  
„ stra postulatus. Ego et Angelus Ga-  
„ brieles meus, idem in te amando mihi,  
„ qui etiam in studiis literarum socius,  
„ *Joanni Mirandule Pico* tuo, imò verius  
„ *Phœnici hominum* (ut ipse ait) pluri-  
„ mam salutem dicimus. Vale. Quartode-  
„ cimo Cal. Decemb. M. CCCCLXXXIII.  
„ Messana. „

Expeditis igitur quæcunque ad *Claudia-*  
„ *nei* Poematis Titulum, versuum Numerum,  
Inventionem spectant; nonnullæ supersunt  
adhuc dissolvendæ difficultates, nodique ex-  
pliandi. Utrum scilicet *Gigantomachiæ* La-  
tinæ scriptor Claudianus, idem sit et con-  
ditor Græcæ? Archetypumne illa Opus, an  
Interpretatio? Num Epitome, num Para-  
phrasis, num denique ejusdem argumenti  
Carmen aliter digestum atque elaboratum?

Ad primum quidem quod attinet, om-  
nia quasi sponte confluunt ac feliciter con-  
spirant, ut Græcum Poemation *Claudiano*  
adscribam: hinc Operis Inscriptio et duo-  
bus *Lascaris* testimoniis probata, et *Arsen-  
ii* Achiepiscopi, de quo postmodum age-  
mus, auctoritate ac monumento etiam  
sancita; hinc Poematis ipsius Inventionis  
Enarratio; tūm *Alexandriæ* urbis (*Claudia-  
ni Patriæ*) Mentio, quam Poeta in Exordio  
facit his versibus:

Ω's γὰρ δὴ πέλαχος μὲν ἀλεξάνδρῳ πόλης  
Πάντοθεν σκτέπαται. τάδε μυρία κύματα λαῶν  
Ορυτ' επ' ἀλλήλοισιν.

tūm denique ipsorum Carminum grandi-  
tas, facilitas, numerus, sonus; ac non-  
nullæ (quantum ex Fragmentis intelligi fas  
est) uberes, elegantes atque amoenæ De-  
scriptiones, præsertim illa *Veneris* cum Gi-  
gantibus inernis decertantis, quam illustra-  
re commentariis libuit.

Deinde archetypam Scriptionem, non  
Interpretationem esse habendam, ex eo  
tibi persuadeas, quod integra, quæ super-  
sunt, Græca Latinis minimè respondeant.  
Aliud enim exordium, alia rerum series,  
alii pugnarum colores, aliæ mortium ima-  
gines. Non præsit in Græco, ut in Latino,

Ee

Mar.

*Martis cum Gigantibus certamen Palladis pugnam; neque hanc excipiunt alia Gigantum ausa, sed Veneris prælium, cui succedit Typhæi cum Neptuno, Enceladi cum Jove congressus: quæ tria Latinas inter reliquias desiderantur. Quæ autem argumenti ratione consentiunt, mirum quantūm narrationis formā dissident. Itaque nescio cur Heinsius Latinum Claudiani Poemation Gigantomachiam ex Græco Claudiani Latinitate donatum, aut ab ipso Claudiano aut ab alio temporum istorum scriptore existimet; quum Græcum hujusmodi Fragmentum (si particulam ab Arsenio publicatam excipias) necdum ad ejus ætatem excusum, vel ad manus Mstum pervenisset, ut Græca Latinis conferens, rectè pronuntiare sententiam posset. Horum enim si posterius contigisset, longioris sanè Fragmenti edendi locum minimè prætermisisset, quemadmodum exiguum ex Arsenio particulam non omisit.*

Tertiū verò, ne Græcum Poemation *Epitomen* Latini credas; non enim tam breve est, quam in Epistola Bembus judicavit ex numero Versuum à Constantino Lascari in fine Exemplaris annotato, ratus scilicet *Gigantomachiam omnem carminibus CXXXXV. constare*; siquidem non hæc vera est eorum summa, quippe multili Poematis, cuius magnitudo latet; sed ejus tantū Fragmenti ab eodem Constantino reperti, quod et Exordii posteriori parte aliisque sequentibus, et operis fine destituitur.

Præterea non est *Paraphrasis* nomine censendum; siquidem Paraphrasim semper aliquid archetypæ Scriptioni affine et consentaneum præ se ferre constat: quod secùs se habere in exemplis supra relatis vidimus.

Postremò, licet argumento unum idemque sit Poema; nihilominus tractandi ratione longè aliud intelligi debet, ut ex ante memoratis etiam satis superque manifestum.

Quæ quum ita sint, Claudiani germanus sanè fœtus habeatur altera hæc *Gigantomachia*, modò non asseratur esse Interpretatio, sed ejusdem argumenti opus aliud, aliter ab ipso concinnatum. Is enim Poeta uberrimo exundavit ingenio, adeoque in ejus laudem sic olim breviter lusimus: *Quantum aliis prætas, Claudi fœcunde, Poetis!*

*Fontem alii, Nilum tu bibis ipse patrem.*

Quare ad tale Poemation aggrediendum idoneus maximè fuit; quippe, non minus Græcè quam Latinè facundus, ut fidem planè faciunt cum paucula jam typis excusa specimina, tūm Carminis hujus inediti aliquot loca, præsertim *Veneris* pugnantis Descriptio venustissima, quod unum Fragmentum in lucem hactenus prodiit *Arsenii*, Monembasiæ in Peloponneso Archiepiscopi, operâ, pluribus scriptis commendandi. Is porrò eam Descriptionem XI. prope versibus complexam, præmissâ inscriptione Κλαυδιανοῦ ὃν τῆς γηγενεῖας, primus Græcè tantum evulgavit in Libro, cui titulus *Græcus et Latinus*:

Α'ΠΟΦΘΕ'ΓΜΑΤΑ ΦΙΛΟΣΟ'ΦΩΝ ΚΑΙ' ΣΤΡΑΤΕΓΩΝ. ΡΗΤΟ'ΡΩΝ ΤΕ' ΚΑΙ' ΠΟΙΗΤΩΝ. ΣΤΑΛΛΕΓΕΝΤΑ, ΠΑΡΑ' ΑΡΣΕΝΙ'ΟΤ Α'ΡΧΙΕΠΙΣΚΟ'ΠΟΤ ΜΟΝΕΜΒΑΣΙ'ΑΣ.

Præclara dicta Philosophorum, Imperatorum, Oratorumq; & Poetarum, ab Arsenio Archiepiscopo Monembasiæ collecta.

Ordine litterarum videlicet disposita, quibus accedunt plura Opuscula moralia cum solutâ, tūm vinctâ oratione; omnia Leonii X. Pontifici maximo ab eodem Antistite dicata. Liber in 8.<sup>o</sup> citra loci, typographi, anni notam, *Florentiae*, ut Fabricius opinatur, excusus.

Hanc igitur Gigantomachiæ particulam in majori quoque Fragmento superstitem, et à nobis geminatis uncinis perspicuitatis gratiâ distinctam, quam *Wilhelmus Pyrrho* in suâ Claudiani *in usum Delphini* Editione et prosâ, et carmine interpretatam, Notis aliquot illustravit, nos etiam interpretatione nostrâ nonnullisque animadversoribus explanare conabimur. Mirè siquidem variat ejus Lectio apud *Lascarim*, *Arsenium* et *Heinsium*, qui primus illam ex eo edidit, sed nudam, sive quòd ad Venerem scilicet pertineat, sive quòd Divam Græco more γυμναστικῶς decertantem sibi finxerit. Talem omnes post eum *Claudiani* Explanatores ad hanc diem, etiam in recentiore hujus Editione Amstelædamensi anni MDCCLX, à *Petro Burmanno Secundo* procuratâ, si unum excipias laudatum modò *Pyrrhonem*.

Sed jam tempus est *Græcae Gigantomachie* insigne Fragmentum Reipublicæ Literariæ penè ignotum, nullique viventi ciui, ut arbitror, visum, *Etnais* è latebris in

in publicam lucem evocare. Quām verò præclarè nobiscum agitur, quibus Opus edere contingit ab ejus Repertore *iδιοχειρῶς* descriptum! Non desunt aliqua tamen propria Codicis archetypī vitia, et quædam

ipsius fortasse *Lascaris* celeriusculè describentis menda. Quæ singula in subjectis Annotationib⁹, prout sese obtulerint, indicanda curabimus. Totum porrò Fragmentum, quantum et quale est, accipe.

Κλαυδίανου Γιγαντομαχία.

Εἴ ποτέ μοι κωνῶπιν ἐπιπλάσοντι θάλασσαν  
 Καὶ φρεσὶ θαυμάσουντι κυνάμενη τάνθα πόντου  
 Εὔζωδαν μακάρεσσιν ἐσήλυθεν ἔναλίσιοι.  
 Φωνῆς δὲ πλανέντος ἀνεμοτρεφὲς ἔσθετο κύμα  
 Λάρφος (1) δ' ἀνέροιο Βοὺς γάθησε δὲ νάυτης  
 Οὐσόμενος μεγάλοιο θεοῦ παρεύσαντι ἀρωγὴν,  
 Ως καὶ νῦν δὲ με· σὺ γὰρ δὲ (2) θεὸς ἐπλευ ἀοιδῆς.  
 Εὔζωδης αὐδίνεντα κατάπλοον εὐεπιάων.  
 Ι' λλαθεὶς καὶ μεν ἀκουστον· ἐπεὶ σέθεν εὑμενέοντος  
 Παυρότερον δέος ἐστιν· ἐπ' ἐλπίσι λωιτέρησι.  
 Ως γὰρ δὲ πίλαιρος μὲν ἀλεξάνδροι πόλης  
 Πάντοθεν ἐκτέπαται. τά δὲ μυρία κύματα λᾶν  
 Οὐρυτ' ἐπ' ἀλλήλουσιν· ἐγὼ δέ τοι δεῖνος ἀοιδὸς  
 Μουσοπόλος νάυτης· ἐλικωνίδης τοῦ πιθίσας  
 Ι' θύνων περὸς ἀεθλα· φέρω δ' ἐπὶ φόρτον ἀοιδῆν.  
 Εἰ δὲ θεῶν Σουλῆσιν ὑφ' ὑμείσων ἐθελόντων  
 Ήμετέροις ὑμοιοιν ἐπιπνεύσειαν (sic) ἐπαινον

\* \* \* \* \*

Εὐρὺν δ' ἄρ' εἰς (3) πέμπε θείμαχον· ἡ δὲ, ριφθαίσα  
 Τέφρη γίνεται· (4) σωαντίσσοσα κεραυνῷ.  
 Α' λλος δ' πελοίο καταντίον ἵσατ' ἀπειλῶν  
 Μαρφέμεναν· δόξης φάσις γλήνησι δεδοκιάς.  
 Τῷ δὲ ἐφῆκτον ἀκτῖνα· γλαυκᾶς δὲ ἐκάλυψαν ὅπωπτάς  
 Νήφροντος· οὐδὲ μόθου τέλος οὐδεσσαν· ἀλλὰ πεσόντες  
 Αὐταῖς αὖτοις φορέσσοντο βολῆς.  
 Διψήσας δὲ γίγας πέιν θέλε νήχυτον ὑδωρ.  
 Τῇλε μάλ' εἰς ποταμὸν τάγυσε πολυχανδέα δειρίν.  
 Ε' λκε δὲ χύματα πάντα κυλινδρένοιο ρόοιο  
 Α' γέρει δὲ πηγάδων ψεδέχετο μυρίον ὑδωρ  
 Ε' αὐτόμενον περιχρῆσιν ἀπολλυμένου ποταμοῖο.  
 Α' λλος δ' ἀντιφέντει πεσὼν ἐπὶ κύματα πόντου  
 Πίνεν· ψαὶ δομάτεσι ποτὸν κελάρυζε δὲ λαμπός  
 Νειερος (5) ἀλμυρὸν οἶδμα δι' ἀνθερεῶνος ὁδεύων  
 Πινομένου δὲ βυθοῖο καὶ ὑδάτος ὀλλυμένοιο.  
 Γυμνώθη μέχεται βένθος· ἐχερσώθη δὲ θάλασσα.  
 Κούρης δ' ἄντα δύω γλαυκώπιδος ἀπευτάνων  
 Γιγαντές μάρναντο· φέρεν δ' οἱ μὲν, οὐρέος ἀκρην.  
 Αὐτὰρ οὐγ' ἡλίσατον πέτρην ἀνάειρε μεμαρπάς.  
 Τοὺς δὲ θεὰς κατέπεφνε μορυασόος· οὐχ' ἐνὶ πότμῳ.

Ee 2 Tou

N O T A E.

1. Λάρφος) Ne claudicet Versus, lege Λάρφος, addito , ut à Poetis fieri vulgo solet.

2. δὲ) Hæc Particula redundant; adeoque Versum facit semipede longiore.

3. Hoc loco vacuum interjacet in Mto spatiolum, defectus index.

4. Hic par spatiolum intervacat.

5. Νειερος) Ita sine accentu scriptum est. Legendum videtur Νειερος.

Τοῦ μὲν γὰρ τέρνοι δίδασκε μείλινον ἔγχος·  
Τῷ δ' ἄρδει λάΐνον ἔργον οὐτὸς ὀμφαλόεσσι.  
Γοργοῦς δεῖξε χάρηνον ὁ δ' ὡς εἰδὲ γυῖα πεδιθέας  
Η' φερεν ἐν παλάμησιν ὄμοιος ἵστο πέτρη  
,, Κύωνις δ' οὔτε (6) βέλος φέρεν οὐχ' ὅπλον ἀλλ' ἐκόμιζε  
,, Α' γλαίνη. θεμένη γὰρ ἐπ' ὄμμασιν ἄγγελον αὐγήν. (7)  
,, Πρῶτον (8) μὲν ἀπλεκέας πόρον διεκρίνετο χαῖτας.  
,, Καὶ πλεκτὰς ἕσφιξε (9) πυκνῷ περὶ πλέγματι (10) σειράς. (11)  
,, Στίλβει (12) δ' ὄφαλμῷ ἐρετούς ὑπερέγάψατο καρθούς.

,, Δεκάς

6. *ιτε*) ARSEN. αὖτε, quod autem vel rursus significat; adeoque orationis sensui omnino adversatur.

7. *αὐγήν*) ARSEN. αὖτη, id est, vocem; sed minus bene. Multò melius Lascaris αὐγήν, splendorem, scripsit. *Gulielmus Pyrrho* supra memoratus tradit *Tetradecim* (*Ludovicum*) Virum cùm magnâ eruditione, tūm Græcā litteratūrā, quem *Hueius* quoque in *Comment. de rebus ad se pertinent.* impensè laudat, non αὖτη, legisse, sed αὐγήν, suamque conjecturam eō confirmasse, quod splendor oculis maximè conveniat. Quæ Lectio et ad vocabuli sonum, et ad rei sententiam aptius cum *Lascariam* concinit.

8. *πεῖτο*) Totus hic *Lascaris* Versus multūm sancē abhorret ab *Arsenii* Versu, qui sic habet:

*Πεῖτα μὲν ἀπλεκέας πεῖρη διεγίρετο χαῖτας.*

*Heinsius* verò *Arsenium* ferè sequutus, ita edidit:

*Πεῖτα μὲν ἀπλεκέας πεῖρη διεγίρετο χαῖτας.*

*Pyrrho* demum legit:

*Πεῖτα μὲν ἀπλεκέας πεῖρη διεγίρετο χαῖτας.*

In singulorum autem Versu hæc videntur esse vitiosa:

Apud *Lascarim* πεῖτο metro repugnat; πεῖρη metro et sensu adversatur.

Apud *Arsenium* in διεγίρετο finale τὸ prætermissum; nisi forte, diæresin Poeta, ut suus Versui constaret numerus, usurpavit.

Apud *Heinsium* et *Pyrrhonem* perperam διεγίρετο pro διεγίρετο, ut recta Conjugatio postulat, et apud *Lascarim* legitur.

44. Περὶ κερβέρου. λε. De Cerbero. XXXV. Incipit: Λέγουσι περὶ κερβέρου ὡς κύων ἦν.

Eod. averso. Περὶ ἀλκητίδος. λτ. De Alcestide. XXXVI. Incipit: Λέγεται μῆδος τεργικάδης.

45. Περὶ ἀμφίονος. λξ. De Amphione. XXXVII.

XXXVII. In excisis Περὶ Ζῆθου; Galeusque in Notis putat καὶ Αμφίονος addi oportere. Quanquam ambo Fratres, licet ortu quidem fuerint gemelli; non arte tamen fuisse ab aliis Scriptoribus memorantur. Incipit: Ιφιροῦσι ἄλλοι τε καὶ ισίοδος ὅπις καθάρα τὸ πεῖχος τῶν θησαν ἐτείχοσαν.

Περὶ ιοῦ. λη. De Ione. XXXVIII. Incipit: Φασὶ τὴν ἵω ἐκ χυνακὸς βοῦν γεγονέναι.

Eod. averso. Περὶ μηδείας. λθ. De Medea. XXXIX. Incipit: Φασὶν ὡς ἀφέψουσα τὸν φρεσκιτέρειαν νέος ἐποίει.

Περὶ ὄμφαλης. μ. De Omphale. XL. Incipit: Λέγεται ὡς λατρεὺς τῇ ὄμφαλῃ ἐγένετο ὁ Ἡρακλῆς. In excisis autem hoc initium: Λέγεται ὡς λατρεύει Ήρακλῆς ταῦτη.

46. Περὶ τοῦ πέρατος τῆς ἀμαλθείας. μα. De Cornu Amaltheæ. XLI. Incipit: Φασὶν ὡς Ἡρακλῆς τοῦτο ἐφερε πανταχοῦ.

Περὶ ὑακίνθου δίηγμα. μβ. De Hyacintho Narratio. XLII. Incipit: Υάκινθος ἀμυκλῶν ἦν μειράκιον. Rectè in excisis additur ὠράτος καὶ καλόν.

Eod. averso. Περὶ μαρσύου δίηγμα. μγ. De Marsya Narratio. XLIII. Incipit: Ο μαρσύας ἀχροῖκος ἦν.

Περὶ φάων δίηγμα. μδ. De Phaone Narratio. XLIV. Incipit: Τῷ φάων βίος ἦν περὶ πλοῖον εἶναι καὶ θάλασσαν.

47. Περὶ λάδωνος δίηγμα. με. De Ladone Narratio. XLV. Incipit: Εδοξε τῇ γῇ λάδων τῷ ποταμῷ ἀρὸς συνουσίας ἐλθεῖν. Malè in excisis hæc ultima vox deficit.

Περὶ ἥρας δίηγμα. μτ. De Junone Narratio. XLVI. Incipit: Αργεῖοι πολιοῦχοι αὐτοῖς τὴν ἥραν ἤρουντο. Desinit: ὑπότος ἦν ὁ αὐτὸς καὶ τοῦ βίου πέρας γενόμενος: τέλος:

Quinque proximè superiora Διηγήματα, sive Narrationes negat in Notis suis Gallesus esse *Palæphati*; arguere id stylum; nullas, ut in aliis, hīc fabulæ λύσεις, sive solutiones; nullum ex Codicibus, quibus usus est, excepto Gallico, ea repræsentare. Accedat jam Gallico *Hispanus*, qui easdem Narrationes, tanquam *Palæphati*, perinde complectitur.

Cæterūm hujus universum Opus Constantini Lascaris manu, sed sine ullis Notis, aut castigationibus, exaratum est.

\* Οἱ ἀγωὶ) Id vocabulum, in summâ, mediâ, infimâ Græcitatem à me frustra quæsitiū, acu tandem tetigisse videor. Subiit enim cogitatio eam dictionem ex Italicâ *Auglia* (Latinè *Acu*) esse derivatam, quæ apud gentis illius Architecos *Obeliscum* ob acuminis similitudinem significat. Itaque Lascaris ætate alienam

In recensendo verò utroque Scriptore, adjungendisque Animadversionibus præstò fuere *Opuscula Mythologica*, *Physica*, et *Ethica* Græcè et Latinè *Thomæ Galei* studio edita, typisque Wetstenianis Amstelædami An. MDCLXXXVIII. excusa.

## LXVII.

Chartaceus in 4.º habens folia 211. variis quidem generis chartâ, sed plerâque solidâ satis, atque eleganti; totus Constantini Lascaris partim celeri, partim lentâ manu identidem exaratus, in quo diversa ejus Collectanea ad Grammaticam, Philologiam, Ethicam, Fabulam, Historiam pertinentia, præcipue verò in Homeri, Hesiodi, Aristophanis, Theocriti, Aratique Vitas et Poemata excerptæ è variis Auctoriibus Annotationes, Versibus in eosdem aliosque passim intersertis. Quæ singula quâm subtilissimâ diligentia, quâm aptissimo fieri potuit, ordine persecuti sumus.

Fol. 1. averso. Περὶ τῶν ἐπὶ θεαμάτων. De Septem Spectaculis (sive *Orbis Miraculis*). Quæ ita breviter enarrantur:

Αἰγύπτιοι πυραμίδες. Βασιλώνια πείχη. Εγατούταπυλοι θῖσαι. Μαυσώλου τάφος εἰς καρία. Κολοσσὸς εἰς ρόδῳ. Ναὸς εἰς κυζίκῳ. Θατρον ἱρακλείας.

Καὶ ἄλλα ἐπίλια. Et alia septem, nempe: Πύργος ἀπροις ἔξισούμενος φάρον. Θέατρον λυκίδας τῶν μύρων ὅπερ κατέραξεν ιουμὰλ γένος. Ρουφούγιον ἄλσος εἰς τῇ περγάμῳ οὖπερ τὸ κάλλος πᾶσαι διέδραμε χθόνα. Ρώμης καπιτάλιον. Επίπαυλοι θῖσαι εἰς ἐλλάδι.

Α'λλα τῆς κώνιανπινουπόλεως. Alia Constantinopoleos (*Miracula*), videlicet:

Η ἀγία σοφία. Τὸ ἴστιπδρόμιον. Τὸ μέχρι παλάτιον. Τὸ κοντοσκάλον (aliter κοντοσκάλιον). Οἱ ἀγωὶ \* Τὰ πείχη μετὰ τῶν τάφων. Τὸ μακρὸν τεῖχος ἀπὸ τὸ ἀλμυρὸν ἔως τὸν ἄγον γέωργον.

Παραπλήσια. Similia (his *Miracula*), nimirum:

Ο αὐγουστῖος. Ο ταῦρος καὶ ξηρόλαφος. Αἱ δέξαμεναι τῶν ἀγωγῶν. Τοῦ πεφδρόμου. Τοῦ παυτεπόπου. Τοῦ γόνου. Τῆς μουκοσίας. Τοῦ ἀρχιτραπήγου:

Στίχοι

vocem corruptè usurpantibus Græcis, οἱ ἀγωὶ veteres illi *Obelisci* vulgò appellabantur, qui Constantinopolis et spectaculo et admirationi erant. Idem porrò significatus ex Italiâ in Hispaniam trajecit, ubi vox *Abuja* pariter *Obeliscum* sonat.

Στίχοι εἰς τὸ (leg. τὸν) διπλοῦν κίονα (aliter Διπλοκόνιον). Versus in duplum Comitumnam (quæ Constantinopoli uisitum). Hocrum tale initium: Αρχέων οὐκ ἐμί βοὸς τύπος. Δόγιον διὰ τὸ Βυζάντιον. Oraculum in Byzantium, quod sic se habet:

Ἐγθα δύο σκύλακες διερήν μάρπιουσι θάλασσαν  
Ἐγθα ἵγθις ἔλαφός τε νερὸν βόσκονται  
Τὸν αὐτὸν ἀπικαταστῆσαι πόλιν ἐπιχειρίσας.

2. Eis τὴν Βοιωτίαν τοῦ ὄμηρου. In Boeotiam Homeri (Commentarius). Incipit: Εν τῇ βοιωτίᾳ ἡ, ρ πτ̄ νῆες τῶν Ἑλλίνων ἐπισυνάγονται. Desinit: ἀτὰρ σύνδεομος ὁξύνεται.

Hic in Homeri *Boeotiam*, sive *Iliadis* Librum II. Commentarius integer est. Quem verò Auctorem habeat, operæ pretium sit investigare; quippe clarissimi duo hujus Libri Explanatores laudantur, *Apollodorus* scilicet, et *Apollonius Grammaticus*, quorum in *Boeotiam* Commentarii periisse vulgo existimantur.

6. Tὸ γ. Liber tertius. Aliquot nimirum in *Homericæ Iliadis* Librum III. Annotationes, quarum initium: Εξητηται πῶς ὁ τρίαμος τῷ δεκάτῳ ἔτει πυθάνεται; Finis: κρανάο δὲ ἀπὸ κρανοῦ βασιλέως νῦν δὲ ἀπὸ τῆς μίξεως ἐλένη καλεῖται:-

Eod. averso. Eἰς τὸ δ. In Librum IV. (ejusdem *Iliadis* Annotationes aliquot). Incipiunt: Πάλιν ἀγεν ὅξεες ὅγκοι εἰς τοῦ πίσω ἀνεκάσθεσαν ἀνεκάμφησαν. Desinunt: θρίκες ἀκρόκομοι ἄκρως κυρώντες ἢ οἱ μὴ κομῶντες ἄραι:-

8. Περὶ τρόπων τοῦ ἐκιαυτοῦ. De Formis (sive Partibus) Anni. Fragmentum dimidiati paginam implens. Incipit: Τέσσαρες τρόποι συνίστανται διὰ τῆς τοῦ ἥλιου κειμένων. Desinit: ἐκ δὲ τῆς ἐφινῆς τὸ ὑψὸν φλέγματος δὲ ὑπάρχει ἀντίπικην διὰ διατίνει μέχρι τοῦ μαρτίου:-

Eod. averso. Σημεῖα παραπλέμενα τοῖς ὄμηροῖς τίχοις ταῖς ἀετάρχοις σύντυπαθέντα. Notæ appositæ Homericis versibus, ab Aristarcho impressæ. Initium: Διπλῆ ἀπερίσκιτος >. Finis: τὸ δὲ κεραύνιον ασάνιον ὃν διηλοῖ πολλὰς ζητήσεις τῷρες ταῖς εὑρημέναις.

Αλλως. Aliter. Incipit: Τῇ διπλῇ ἀρχῇ ἀρίσταρχος τῷρες ισορίας καὶ χημαπομούς. Desinit: διηλοῖ δὲ ὃν καὶ ἀλλαχοῦ εἴρηται:-

9. Omissio Titulo, *Homeri Vite Compendium*: quod quum ab omnibus ejusdem Compendiis, sive Summariis planè discrepet, quæ tūm ex *Proclo*, tūm ex *Suida*, tūm ex anonymis *Homeri Scholiastis* de-

prompta circumferuntur, neque aliás sit ineruditum; typis hīc ornandum apponendumque judicavi.

Anaximenes καὶ Δαμάστης καὶ Πίνδαρος χρῖον τὸν ὄμηρον ἀποφαίνονται καὶ θεόκριτος. ὁ δὲ Δαμάστης καὶ δέκατον αὐτὸν ἀπὸ μουσαίου φοιτηγενένα. ἴστηται δὲ ἐφόρος κυμάτων ὁ δὲ ἐφόρος καὶ Χαρίφημος ἀνάγει τὸ γένος αὐτοῦ. ὁ δὲ Χαρίφημος οὗτος κύμην φέμεται. πιμόμαχος δὲ καὶ αειστέλης ἐξ οὗ τῆς νήσου ἀντίμαχος δὲ κολοφώνιος. Σπισμέροτος δὲ ομηράριος. Φιλόχορος δὲ ἀργεῖον. Καλλικρᾶς δὲ σαλαμινίος. Αειζόδημος δὲ ὁ νυσταῖος ρωμάτων αὐτὸν ἀποδείκνυσιν ἐκ πηνῶν ἔθνων ρωμαϊκῶν. ἄλλοι δὲ ἀργύπιον. καὶ πατέρας πολλοὺς λέγουσι. ἱρακλείδης μὲν αρεβέτερον οἰστόδου λέγει. Ὅρανδρος δὲ καὶ ὑψηλάτης ἥλικιώτιν. κράτης δὲ μετὰ ἐξηκοντα ἐπὶ τοῦ ἥλικοῦ πολέμου γεγενένα φοιτηγενένα αὐτον· ἐραποθετης δὲ μετὰ τῆς τῶν ἰάνων ἀποκίας ἀπολλόδωρος δὲ μετὰ π. Σκαλεῖτο δὲ μελισσογενένα ἡ μελισταγόρας. ἐπειτα ὄμηρος ἐξ ὅπου ἐτυφλώθη. ἢ ὅπι πᾶς ὃν ὄμηρον ἐδόθη τῷ βασιλεῖ. τυφλωθῆναι δὲ αὐτὸν λέγουσιν ἢ διὰ μῆνιν τῆς ἐλένης ὄργισθεσιν αὐτῷ ἀπόπτη αὐτὸν ἀπολιπεῖ μενέλεων καὶ ἀκολουθῆσαι ἀλεξάνδρῳ ἢ ἐλθόντα εἰς τὸν τάφον τοῦ ἀχιλλέως εὐζησθαι αὐτὸν ἴδειν ἐνοπλον. καὶ ὑπὸ τῆς ἀνύης τῶν ὄπλων τυφλωθῆναι. ἐλειπθῆναι δὲ ὑπὸ θέπιδος καὶ μουσῶν. ἀποθανεῖν δὲ αὐτὸν φασιν ἐν τῷ τῇ νήσῳ ἢ νόσῳ ἢ τῷ τῶν ἀλιέων αἰνίγματι καὶ αὐτῷ ἐπιχειρήσαντα τόδε.

Ενθάδε τὴν ἱερὰν κεφαλὴν κετὰ γῆτα καλύπτει  
Αυδρῶν ἡρώων κορυνήτορα θεῖον ὄμηρον.

Quæ ut luce, ita latinitate donantur.

„Anaximenes, Damastes et Pindarus,  
„Theocritus quoque Homerum Chium fuisse ostendunt. Damastes verò ipsum etiam  
„a Musæo decimum extitisse ait. Hippias  
„contra et Ephorus Cymæum. Ephorus iti-  
„dem ejus genus ad Chariphemum usque  
„refert; is autem Chariphemus Cymen in-  
„coluit. Timomachus verò et Aristote-  
„les eum ex Insula Io, Antimachus Colo-  
„phonium, Stesimbrotus Smyrnæum, Phi-  
„lochorus Argivum, Callicles Salaminium  
„tradidere. Aristodemus autem Nysæus eundem Romanum ex nonnullis Romanis modi-  
„ribus asserit, alii Egyptum; multosque illi parentes assignant. Heraclides quidem  
„Hesiodo seniorem ait; Hyrander et Hypsi-  
„crates illi aequalē. Crates ipsum annis  
„post bellum Trojanum sexaginta natum  
„fuisse narrat; Eratosthenes post Ionum  
„Coloniam centum; Apollodorus verò oc-

„ toginta. Appellatus autem *Melisogenes*, vel „ *Melisagoras* fuit; posteà *Homerus*, ex quo „ cæcus factus est; vel quia cum esset puer, „ Regi datus est obses. Illum verò cæcum „ factum fuisse aiunt vel ob iram *Hele-* „ *nés* illi indignatae, quod ipsam, relicto „ *Menelao*, secutam *Alexandrum* esse dixis- „ set; vel quum, adito *Achillis* tumulo, fla- „ gitasset ut armatum eum aspicere sibi li- „ ceret, armorum ejus fulgore excæcatum „ fuisse; *Tetbidem* verò *Musasque* illius mi- „ sertas. Illum autem in Insula *Io* decessis- „ se tradunt sive ex morbo, sive ex Ænig- „ matis Piscatorum (non expediti) mœro- „ re; illique tale (carmen) inscriptum:

„ *Hic caput infossum tellus venerabile condit,*  
„ *Divinum, Heroas qui laude ornavit, Homerum.*

9. averso. Ερμογένους περὶ ὄμηρου. Hermogenis de Homero. Incipit: Ανάγκη δὲ πάλιν τὸν ωφελεῖν καὶ τὴν ἀντὴν ἀγαλογίαν σῶσαι. Desinit: καὶ ἐπὶ διὰ τῶν ἴδιων ποιήσεως παρὰ τὰ ωφελημένα. Excerptum videlicet ex Cap. X. Lib. II. Hermogenis *Περὶ Ιδέων*, sive de Formis Oratoriis.

11. Hinc ad fol. usque 21. aversum excurrunt, præmissis duobus hisce titulis: Σημειώσεις, et Σημειώσεις διάφοροι σὲ διαφόρων, ejusdem Constantini Lascaris Collectanea miscellarum minutarumque Annotationum ad Rhetoricam, Poesim, Philologiam, Ethicen, Fabulam, Historiam, in primis verò Grammaticam, spectantium. E quibus omnibus visum est, quæ sequuntur, excerpta.

13. averso. Περὶ τῶν Ἱερῶν ἔθλων τοῦ ἥρακλεος. De XII. Laboribus Herculis.

Versus, quos hīc legas, non hujus tantum Labores XII, sed et XIII lum. complectuntur; adeoque XIII sunt. Horum princeps sic se habet:

Πρῶτα μὲν τὸν (dele τὸν) σὲ νεμέα βελαρὸν κατέπεφε λεόντα;

postremus verò sic:

Θετίεω (leg. θεσίεω) θυματεῶν τεισκαδέν κατον πέλεν ἔθλον.

Iidem, si menda quædam eximas, planè occurunt apud Zetzem *Historiarum Chilidae I. Histor.* 36. vers. 491. et seqq. qui eos à Quinto Smyrneo conscriptos arbitratur. Minimè tamen in hujus Poemate extant; alios enim ibi *Lib. VI. vers. 200.* et multò plurēs et longè diversos reperias, quibus ejusdem Herculis Labores in *Eurypili* clypeo cælatos Poeta fusè depingit. Eosdem

etiam, quos Codex noster habet è Zetzæ petitos, Anthologia Græca *Lib. IV. cap. 8.* tanquam incerti Auctoris, repræsentat, sed numero quatuordecim, et aliquantū dissimiles; ita tamen ut uno eodemque Patre genitos tibi persuadeas, eorumque discrimen cuivis utrosque inter se conferenti satis pateat.

20. Οστράκου. Ostraci, sive Testæ. Proverbii nimirum Οστράκου μεταπεσόντος Explatio. Incipit: Εἴρηται ἡ παροιμία ὁστράκου μεταπεσόντος. Desinit: ἀφ' οὗ τὴν ἀρχὴν ἔψυχον. Hæc desumpta est ex Ludo puerili *Oστρακίδᾳ*, qui et aliter et enucleatiūs quam apud *Pollucem* describitur.

21. Επιγράμματα εἰς ὄμηρον. Epigrammata in Homerum.

I. distichum et adespotum incipit: Εὐθάδε τὴν ἱερὰν κεφαλὴν, quod suprà latino carmine expressimus.

II. pariter distichum et adespotum incipit: Εὐθάδε θεῖος ὄμηρος.

III. Αντιπάτρου, Antipatri, tetrastichum incipit: Ηρώων κάρυκ’ ἀρετᾶς.

IV. hexastichum adespotumque incipit: Εὐθάδε περίδων τὸ σοφὸν.

Quæ quidem omnia jam excusa invenias in Anthologiæ Græcæ *Lib. III. cap. 25.* ubi IVum. Epigramma *Gallo Silentario* adscribitur.

Κανταντίου εἰς φανούριον τὸν γεράκιον (γεράκιον lego) ρόδιον. Constantini in Phanurium Geracium Rhodium (Epigramma sepulcrale). Quod ineditum ratus, libenter apponam.

Οὐ ρόδος εἶχε φανούριον ἔξοχον ἡύτε κόσμον  
Λαμπτόν τε φυχὴν ἵδε σῶμα τύχην τε μεγίστην,  
Τοῦτον δὲ πικρὸς ἔφιστον δελπῖος ἡρπασεν ἀδίκοις  
Αἴξιον ὄντα πολῷ ζῶεν μέχει γήραος ἄκρον.

Id est: *Quem Phanurium Rhodus habuit tanquam eximum ornamentum,  
Præclaramque animam et corpus, fortunamque maximam;  
Hunc amarus juvenem eripuit præter spem  
Orcus,*  
*Dignum cælo vivere ad summam usque senectutem.*

Quis verò *Constantinus* ille, quis *Phanurius Geracius*, vel *Gerax* fuerit, me prorsùs latet.

21. averso. Sine inscriptione, *Aristophanis Vita*, cuius initium: Αριστοφάνης ὁ κωμῳδοῦς φιλίσπου μὲν ἦν πᾶς; clausula divinum illud Platonem in Aristophanem Epigramma incipiens: Αἱ Χάριτες τέμενός πλαΐσιον, quod hujus Voluminis *Cod. XXXIV. pag. 98.*

98. col. 2. editum est cum *Joannis Otei* (1) metricâ interpretatione elegantissimâ, cuius, ut summi Amici mei nuper vitâ defuncti, non possum sine summo desiderio meminisse; cui et Justa laudum amplissima hoc loco lubentissimè persolverem,

*Mærenti si fortè Deus daret esse diserto.*

Quid enim mihi dulcius, quid optatus, quam Pylaeæ amicitiae nostræ aliquod apud posteros extare monumentum?

Illud autem sic habeas, eam Vitam excerptam omnino esse ex priore *Aristophanis Vita*, quæ præstantissimæ hujus Comœdiarum Editioni à Kusteri elucubratae præfigitur; si tamen hæc postrema excipias: καὶ οὕτω μετίλλαζε τὸν βίον διαφεύγως πιμθεῖς καὶ πολλὰ τερασθεῖς αὐτῷ δὲ ἀποθανόντι πλάτων οὕτως ἐπέχειτο· αἱ χάριτες τέμενός πλαστέαι, &c.

22. Επισημεώσας πνὲυμα τὸν ἀριστοφίνος πλοῦτον. *Bios ἀριστοφάνους*. Annotationes quædam in Aristophanis Plutum. Aristophanis Vita. Hæc incipit: Αριστοφάνης ὁ καμαρδιπόλεις γένει μὲν ἦν ἀθηναῖος; desinque: αἱ χάριτες τέμενός πλαστέαι, &c. ut altera superior. Eadem verò planè est Aristophanis Vitæ Synopsis, quæ, *Thomæ Magistro* auctore, prodidit in supra laudatâ Kusteri Editione.

Omissa titulo, alia brevis ejusdem Poetæ Vita, incipiens: Αριστοφάνης πόλιος ἦτοι λίρδος, è *Suidæ Lexico* ad verbum exscripta.

*Ἐπίγεαμα ἀδέσποτον*. Epigramma ade-

(1) *Joannes Baptista Rodolphus Fernandez de Oteo*, natus in oppidulo Sabando Alavensis Provincie, ibique sacrâ baptismatis aquâ renatus IX. Cal. Jul. anno MDCCVII. parentes habuit *Thoman Fernandez de Oteo*, et *Mariam Ludovicam de Isasi Isasmendi*. In urbe *Victoriâ*, ejus Provincia capite, in Seminario D. Prudentii Grammaticam Latinam doctus est, et docuit. Ibidem apud Ordinis Dominicani Sodales operâ Philosophiæ triennium datâ, *Salmantica* totidem annos Jurisprudentiæ impedit. Sed nihil severiorum Disciplinarum studia de præcipuo illo amore detraherunt, quo humaniores, Grammaticam scilicet, Rhetoricam et Poesim jam inde ab adolescentiâ fuerat amplexus; imò vegetiùs ille adolevit in dies, nullaque prorsus aetate consenuit. Quo factum, ut et nobilium virorum, ac Hispaniæ quoque procerum liberis privatim instituendis delectus, et Latinitatem, aperto ludo, *Marieti* fuerit publicè professus, atque in *Latinam* pariter *Academiam Matritensem* omnium suffragiis cooptatus. Illius itaque litteraturæ ac eruditioñis latius pervagante famâ, quum *Medina Zelimea* Dux magnificentissimus Bibliothecam suam omnibus patere constitueret, illum, posthabitis competitoribus, ei præficiendum censuit. Cujus præfecturâ triennium egregiè perfunctus, è Ducali Bibliotheca meruit ad Regiam ascendere, in primariam *Scribarum* classem adscriptus, quam, ut *Custodum* ordini proximam, *Subcustodum* appellare non incepit liceat. Ibi rerum sibi creditarum omnes numeros, omnes officii partes quam accuratissimè cumulatissimèque implevit per annos V.

spotum (in Aristophanem). Id quidem hexastichum, et ab his verbis inchoatum: βί-  
ελοι ἀριστοφάνους, legere est in Anthologiæ Græcæ Lib. I. Cap. 67.

Eod. averso. Υπόθεσι. Argumentum (Plutus scilicet). Incipit: Βουλόμενος ἀριστοφάνης σκῶ-  
ψαι ἀθηναῖος. Cum eo planè congruit Argumento, quod in Editione Kusteriana pri-  
mum omnium *Pluto* præfigitur.

23. Titulis destituta excipiunt Excerpta quinque de *Comœdia*, quorum primum am-  
plissimumque de ejus *Origine*, incipit: Τὸ  
παλαιὸν οἱ εἰς ταῦς κύριας ἀδικούμενοι παρὰ τῶν  
πολίτων νυκτὸς ἐπήρχοντο παρὰ τὸν δῆμον; de-  
sinit vero: τῆς δὲ δευτέρας πλάτων ὁ καμ-  
ῆς τῆς δὲ τρίτης μένενδρος.

24. Πλοῦτος. Plutus, nempe in *Aristophanis Plutum* Scholia. Initium: Σχετλιαστὴ  
τὸ προσώπιον ὄρῳ γὰρ ὁ κερίων τὸν ἔαυτοῦ  
δεσπότην ἀσεμύλον ἐπόμενον ἀντὶ πυρλῶν δει-  
νοπαθῶν παντά φοι. Finis: Γραῦς ὁ ἀφρός. τὸ  
πηγυνύμενον ἐλαφῶδες τῷ βωμῷ ἡ ἐπιφάνεια τῆς  
ἀθάρης. Initium quidem à veterum Scholiorum initio dissentit, quæ apud Kusterum leguntur; finis verò cum eorundem fine consentit. Quid multa? hujusmodi Scholia partim cum illis conveniunt, partim ab illis discrepant: ut ex iisdem excusis, et aliis ineditis pariter excerpta merito sus-  
piceris. Adde, quod variis per singulas pa-  
ginas Notis et Animadversionibus tūm ad-  
scriptis, tūm subscriptis frequentantur.

Gg 2

35. Ex-  
menses IV. ad præsentem usque An. MDCCLXVII, quo decessit IV. Non. Majas, anno ætatis prope sexagesimo, lateris dolore acerbissimo sextum intra diem raptus. Ejus sanè obitus cum ceteris Regiæ Bibliothecæ Collegis, ac notis quibuscumque viris litteratis ob singularem Viri elegantiorum Litterarum peritiā, ob candorem, fidem, probitatem gravissimus, tūm mihi multò gravior accidit, non modò propter ea, sed etiam propter vetustam, quæ intercesserat, amicitiam, suavissimamque studiorum, consiliorum, rerum omnium communionem. Verū maximo licet relicto sui desiderio, non multa quidem ille ingenii reliquit monumenta, quippe aut continuâ Magisterii exercitatione distentus, aut assiduis ad Bibliothecam pertinentibus ministeriis impeditus. Ex ejus tamen, quæ extant de *Re Grammatica* Commentariorum fragmentis, vel Latino sermone conscriptis Opusculis, vel Carminibus, partim Mstis, partim excusis facile intelligas, quam studiosus humanioris Litteraturæ Cultor, quam peritus et elegans Artifex, quam denique rectus idem Aëstimator extiterit.

Caterūm inter tot Epigrammata sepulcralia, quæ in hunc Catalogum concessimus, non ab argomento, non ab amicitiâ nostrâ alienum, imò eâ maximè dignum videatur, si Amici longè dilectissimi tumulo breve hoc elogium inscripsero:

HIC IACET OTEVS, QUO NON FELICIOR ALTER  
VIRTUTVM AONIO IVNGERE SACRA CHORO.

35. Expers tituli *Narratio de Atreo et Thye-ste Pelopis filiis*. Incipit: Πέλοπος ἀτρεὺς καὶ θύγητος νιοί ἀτρεὺς δὲ τὸν ἀμφιμίτελον αὐτῷ ἀδελφὸν χρύσιππον ἀγαπάμενον.

Eod. averso. Expers etiam tituli *Narratio de Ægypto et Danao*. Incipit: Αἴγυπτος καὶ Δαναῶν ἀδελφοί θνατοὶ ιοῦς δὲ τῆς ινάχου θυγατρὸς ἀπόγονοι.

Unde utraque *Narratio* petita sit, incertum.

36. Υπόθεσις νεφελῶν τοῦ ἀριστοφάνους. Argumentum Nubium Aristophanis. Incipit: Πρεσβύτης πις φρεψάδης ψεύτης δανείων καταπονούμενος. Id nulli ex Græcis Argumentis congruit, quæ Kusterus hūic Aristophanis Fabulæ præmisit, nisi secundo, si priora verba spectes; si cætera, minimè. Quare totum, ut ineditum, transcribam.

Πρεσβύτης πις φρεψάδης ψεύτης δανείων καταπονούμενος διὰ τὴν ισποτεφίαν (adde τοῦ παιδὸς), δεῖται τούτου φοιτήσαντος εἰς τὸν σωκράτην μαθεῖν τὸν ἄδικον λόγον· ὅπως μινεῖ τῷ δανειτῷ μινεῖ ἀποδώσῃ. μὴ βουλομένου δὲ τοῦ παιδὸς εἰσέρχεται αὐτὸς καὶ μὴ δυνάμενος μαθεῖν διὰ τὸ γῆρας σκιδιώκεται. Ἐπορέφας δὲ καὶ τῷ νιῷ πείσας ἡγαγεν αὐτὸν τῷ σωκράτει· ὃς καλέσας τὸν δίκηνον λόγον καὶ ἄδικον καὶ αἴρεσιν τῷ νέῳ δοὺς σκλέζασθαι, διδάσκει σκέψιν τὸν ἄδικον λόγον. μαθάν δὲ ὁ νιὸς ὅπερ ἐβούλετο ὁ πατὴρ καὶ τὴν παχύτητα σκείνου μὴ καταγγοῦντα τύπτει τὸν πατέρα αὐτὸν ἐπιώντα. ὁ δὲ, ἀλγήσας διὰ τὴν τοῦ παιδὸς ἀσέβειαν ἀπελθὼν κατακαίει τὸ φροντιστήριον νομίσας σωκράτην ἀρπαγὴν τῆς ἀσέβειας τοῦ παιδὸς εἶναι. κατηγορεῖ δὲ σύταῦθα τοῦ σωκράτος ὡς ἀσέβους καὶ ξένους θεοὺς ἐπεισάγοντος ἀφέντος τοὺς συνίθεις, ἐπιχείρεται δὲ νεφέλαι μιόπι παρεισάγεται χορὸς νεφελῶν ὄμιλῶν τῷ σωκράτει ἀσ σκόμιζε θεὸς ὡς ἀριστοφάνης κατηγορεῖ. ὁ γὰρ ἀντος καὶ μέλιτος φθονοῦντες σωκράτει καὶ μὴ δυνάμενοι ἄλλως βλάψαι ἡ φανερῶς κατηγορῆσαι μεγάλου ὄντος· ἵκανὸν ἀργύριον δεδώκασιν ἀριστοφάνει ταύτην τὴν καμαδίαν κατ' σκείνου χράψαι. Τὰ δὲ ἀρόσαπα φρεψάδης. φειδιτσπίδης. μαθητὴς σωκράτοις. σωκράτης. χορὸς νεφελῶν. δίκηνος λόγος. ἄδικος λόγος. πασίας δανειτής. μάρτυς.

Quæ ita, me interprete, Latinè sonant:

„Senex quidam *Strepsiades* ex ære alieno laborans ob equorum, quos alebat filius, impensas, hunc *Socratis* scholam frequentantem rogat, ut injustam Causam ediscat, cujus ope nihil creditoribus solvat. Nolente filio, adit ipse (*Socratem*); et quum ediscere propter senectutem non posset, (è schola) ejicitur.

„Reversus vero, persuasit filio, ipsumque ad *Socratem* duxit, qui justa et injusta Causa evocatis, et eligendi optione adolescenti datâ, illum injustam Causam edocet. Quum autem filius edidicisset quod volebat pater, ejus stupiditatem minimè obsurgans; ipsum patrem epulantem verberat. Is vero aegre ferens impietatem filii, discedit et *Socratis* scholam, eum impietatis filii auctorem ratus, incendit. Hic *Socratem* accusat (*Aristophanes*) ut impium, ut peregrinos inducentem Deos, consuetos relinquenter. (Fabula) inscribitur *Nubes*, quia *Nubium* chorus introducitur cum *Socrate* colloquens, quas ille Deas credidit, ut Aristophanes accusat. *Anytus* enim et *Melitus* quum inviderent *Socrati*, neque illum aliter possent, magnâ quippe auctoritate virum, laderere, quam si palam accusarent; in gentem pecuniam *Aristophani* dedere, ut *Comœdiā* hanc adversus illum conscriberet. Personæ vero (sunt) *Strepsiades*, *Phidippides*, *Discipulus Socratis*, *Socrates*, *Chorus Nubium*, *Justa Causa*, *Injusta Causa*, *Pasias Creditor*, *Testis*.

Eod. averso. Inscriptione omissâ, ejusdem *Comœdiæ* Argumentum aliud, idem prorsus videlicet, quod *Thomæ Magistri* nomine in Iaudata Editione occurrit; nisi quod pro illis quæ ibi legas post hæc verba ὄμιλητων γεγενηθεῖ, hīc legere est quæ sequuntur: διὰ τούτων δὲ δεῖκνυσιν ἀριστοφάνης ἀθεον τὸν σωκράτην ὡς ἀφέντα τοὺς συνίθεις θεοὺς καὶ νομίζοντα νεφέλας καὶ ἀέρας. οὗτον καὶ νεφέλαν ἀνομέσθι ή παρούσα καμαδία.

37. Νεφέλαι. *Nubes*. Hoc est, in ejusdem Aristophanis *Comœdiā* *Nubes* Scholia, quorum initium: Ιοὺ ιὸν ἐπιρρήμα χετλιατικά. ἀλεκτρυὸν ἀπίκον. ἀλεκτωρ ἀλεξανδρικόν. ἀλεκτορὶς πομπικόν. Finis: ἐπ' εφίσου μάκαρα. μετὰ τὸν ἥλιον τὴν ἀρτεμιν ὄμναι.

Hujusmodi Scholia ab iis, quæ Kusterus vulgavit, plerumque diversa sunt; quippe nunc breviora, nunc fusiora; modo alios locos, modo eosdem aliter explanantia. Præterea nonnullis Annotationibus ad oras adscriptis dilucidantur.

44. Sine titulo, excipit Fragmentorum Excerptorumque maximam partem Historicorum Farrago. In iis eminet quod proxime sequitur.

47. Σοφοὶ σκελιώται. Viri docti Siculi. Nempe Scriptorum veterum Siculorum Elenchus, qui paginas tres omnino implet. Initium

tium dicit à Menecrate, his verbis : Μενέκτης συράποντος ἰατρὸς ; desinit verò in Coracem, hoc proverbio : Περὶ οὐ ἄρτα τα κακοῦ κόρακος κακὸν ὁν.

49. Bios ήσιόδου ἐν τῷ τέττου τῷ χαματικῷ. Vita Hesiodi ex Tzetze Grammatico. Incipit : Ησίοδος ὁ ποιητὴς σὺν τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ πέρσῃ πᾶς ἐγεγόνει. Desinit : μναχῶν κατάλογον καὶ λοιπῶν ἀπεισῶν ἔργα καὶ ἡμέρας.

50. Τοῦ βιβλίου ἐπιχειρήση καὶ ὁ σκοπὸς τοῦ ποιητοῦ. Libri Inscriptio et Poetæ Scopus. Incipit : Ησίοδος ἔργα καὶ ῥμέραι τὸ βιβλίον ἐπιγεγαγμένη. Desinit : ἐπειδὴν ὅρθωτος ἔδει κατατέλεσαι αὐτὸν ἐπειτα δεινών τὸν τρόπον.

Utrumque Excerptum est ex Proœmio Joannis Tzetzae in Hesiodi *Opera et Dies Expositionis*, Græcis typis non semel donatae.

Eod. averso. Η ἀρχὴ τοῦ κειμένου. Initium Textūs, ipsius nimirum *Hesiodei Poematis cum Scholiis*, quæ ita incipiunt : Μοῦσαι περίθεν. Ιτέον ὅπι ἀρίστηρχος καὶ ὀραξιφάνης ὁ μαθητὴς θεοφράστου ὃντειζουσι τὸ περιόμνυ ; desinunt verò : οἰανοιοπων καὶ ἐκφεύγων τὰ ἀπαστία. Hæc Scholia non nihil cum ejusdem *Tzetzae* consonant Scholiis, quæ Venetiis operâ *Joan. Franc. Trinacaveli* Græcè prodierunt anno MDXXXVII. in 4.<sup>o</sup>

68. averso. Σημειώσεις πνευ ἐπὶ τῇ ἀστιδὶ τοῦ ἱστόδου. Annotationes quædam in Scutum Hesiodi. Initium : Η οἵας ἡ ὄστρια καὶ ἡ μεγάλη ὡς ἐπιτύθεται. Finis : Βροτέεται δὲ τὰ αἷμαθάδη ἀπὸ τοῦ βρότου τοῦ μετὰ κόρεως αἴματος :- Continuò hæc Subscriptio : Τέλος. κανταρτίνου τοῦ λασιάρεως. Finis. Constantini Lascaris. Quæ sanè indicare videtur eas Annotationes ipsius esse Constantini.

70. Ομερικά λέξεις. Homericæ Voces. Nullo prorsus ordine digestæ, hoc habent exordium : Ζεύς ὁ κονὸς συνὸς ὁν ὅπι δύνεται ; hunc exitum : Ε'α· ή· καὶ η· καὶ ην καὶ ἔσπον· καὶ ἔνι ἀρτὶ ἐπορευόμενη :- Ejusdem porrò Lascaris studio collectas haud temere affirmaveris.

72. Γένος θεοκρίτου. Genus Theocriti. Incipit : θεόκριτος ὁ τῶν βουκολικῶν ποιητὴς συρράποντος ἦν τὸ γένος.

Id Genus iisdem penè verbis expressum, eademque complectens carmina, legitur in primâ hujus Poetæ Editione, quam *Aldus Manucius* emisit. Sed obiter observa, Distichon Elegiacum Theocriti sepulcro ab Artemidoro Grammatico inscriptum, ac Tetrastichon Iambicum adespotum in *Poesim Bucolicam* nusquam in amplissimâ Epigrammatum Græcorum Anthologiâ toties lau-

datâ reperiri. Quæ verò Theocriti *Genus* exceptiunt sine inscriptione Annotamenta in Carmen *Bucolicum*, ea omnia ordine alio, variisque distincta titulis ad litteram occurruunt in Theocrito Scholiis Græcis locupletato, qui sumptibus *Cornelii Benigni* Viterbiensis, et operâ *Zachariæ Callieri* Cretensis excusus est Romæ anno MDXVI. in 8.<sup>o</sup>

73. Σημειώσεις εἰς πνευ βουκολικὰ τοῦ θεοκρίτου. Annotationes in quædam Theocriti *Bucolica* (decem videlicet priora hujus Idyllia). Initium : Αδύ π τὸ φύερισμά. ἐπι π ἡδὺ καὶ ἐκεῖνη ἡ πίτιας ἡ ἡχῆς ὡρὸς τῶν πηγῶν. Finis : τοὺς γὰρ φειδωλοὺς κυμνοτρίτας καλοῦσι. Annotationes hujusmodi videntur esse ipsius *Lascaris* studio undequaque petitatæ.

A fol. 88. averso ad totum usque fol. 92. albet expers litterarum charta.

93. Εἰς τὴν βατραχομομαχίαν. ἐν τῶν αὐτῶν ἐξηγήσεων μεσμά. In *Batrachomyomachiam*. Ex ejusdem Explanatiōibus quædam. Initium : Αρχῳ τὸ ἐξουσιάζω γενικῆ. ἀρχῳ τὸ ἀρχὴν πιοῦμεν γενικῆ. Finis : ήσαν ήσάντος οὐ τὸ ήσοιοιμεν :- Hæc etiam videntur *Lascaris* labore excerpta.

96. Επισημειώσεις πνευ εἰς τὴν ἵλιαδα ὁμέρου. περὶ τοῦ γένεος τοῦ ποιητοῦ. Annotationes quædam in *Iliadem Homeri. De Genere (seu Vitâ) Poetæ*. Incipit : Ομηρος ὁ ποιητὴς νιος ἦν κατὰ μὲν πνευ μάρτυρος καὶ ὄργιτος. Hæc Homeri Vita eadem prorsus est, quæ à Leone Allatio de *Patria Homeri* exhibetur in *Præfatione* pag. 28.

Αλλας περὶ τοῦ αὐτοῦ. Aliter de eodem, sive alia ejusdem Vita, quam *ibid. pag. 26.* adducit Allatius.

97. Περὶ τῆς ἀρτίας τοῦ τεωκοῦ πολέμου. De causa Belli Trojani. Incipit : Η ἐνάξει ἐγκυμονοῦσα τὸν ἀλέξανδρον. Est *Iliadis Argumenti Fragmentum*, cuius initium planè convenit cum ejusdem Argumenti initio, quod *Josua Barnes* splendidissimæ suæ *Homeri operum* Editioni Cantabrigiensi præfixit.

98. Interposito unius paginæ puræ spatio, omissoque Titulo, subeunt breves in totam *Iliadem Annotationes*, ejusdem, ut videtur, *Lascaris* diligentia ex variis Enarratoribus collectæ. Initium : Μῆνιν δειδε θεὰ περιστατὸν ἀγτὶ εὔκτικον. Finis : Καυλὸς τὸ ἄκρον τοῦ δόρεος τὸ βαλλόμενον εἰς τὴν ἐπιδεσματίδα.

133. Εὐσταθίου θεοταλονίκης ἐξηγήσεις κεφαλὴ εἰς τὴν ἵλιαδα τοῦ ὁμέρου. Eustathii Thessalonicæ (Archiepiscopi) Explanatio universalis in *Iliadem Homeri*. Incipit : Τῶν ὁμέ-

ρου σειρήνων, καλὸν μὲν εἴ τις ἀπόχοιτο τὴν ἀφῆν. Desinit: καὶ τὸν ἄντι τοῦτον οὐ ποὺς ἄντι τούτων. Eustathii videlicet Proœmium ejus in *Iliadem* Parecbolis præfixum, simulque in primum *Iliadis* Librum Commentariorum Pars.

149. Interjecto unius et semis folii scripturâ vacantis spatio, Σημειώσεις εἰς τὴν ὁδύστειαν. Annotationes in *Odysseam*. Incipiunt: Αὐθέα μοι ἔνεπε μοῦσα πολύτερον· οὐτοί ἐμπειροὶ πολύφεροι ἐπὶ ἐπαίνου. Desinunt: νεῖκος καὶ νείκη ὅμοιος πᾶσι χαλεπός. Hæ verò Annotationes, quamvis minutæ singulæ, ut in *Iliadem* supra memorata; ad omnes tamen *Odysseæ* Libros pertinent, ejusdemque etiam *Lascaris* excerptis labor censendæ sunt.

177. averso. Επιγράμματα εἰς ὅμηρον. ἀλεγίου μεσηνίου. Epigrammata in Homerum. Alcae Messenii.

Id quidem octastichon incipit:

Ηρώων τὸν ἀοιδὸν ἵψεν παιδεῖς ὅμηρον;  
extatque in Anthologiæ Græcæ sæpius memoratae *Lib. III. cap. 25.*

Αντιπάτρου σιδωνίου. Antipatri Sidonii. Incipit:

Τὰν μερόπων πειθὼ τὸ μέγα τόμα τὰν ἴσα  
μούσους.

Dodecastichum est, cujus priores decem Versus elegiaci, posteriores duo hexametri uno tenore, tanquam unius Auctoris, adducuntur. Utrosque in eodem Anthologiæ *Lib. et Cap. legas*, sed scorsum positos, ita ut Distichon hexametrum incipiens Εὐθάδε τὴν ἱερὰν κεφαλὴν, non sit adscribendum *Antipatro*, sed ipsi *Homero* qui hoc sibi vivus Epitaphium composuit, quemadmodum ejus Vitæ Auctor anonymous apud *Alлатium* tradit; aut potius *Iensibus* insulanis, quos *Herodotus* et *Plutarchus* Homericæ Vítæ nominatissimi Scriptores, illud ejus sepulcro inscrississe prodiderunt.

Παύλου. Pauli (in excusis cognomento Σιλευπαρίου). Duodecim Versus in duo Hexasticha distributi, quorum prius incipit:

Εὐθάδε περίδων τὸ σοφὸν τόμα θεῖον ὅμηρον;  
posteriori verò:

Οὐδὲ με λεύστειον ἀπὸ φαγῆσσος ὅμηρον.  
Utraque in prædicto Anthologiæ *Libro et Capite* occurunt.

178. Αντιπάτρου. Antipatri. Supra memorati, an alius, incertum. Versus sex, quorum princeps:

Ηρώων κάρυκ' ἀρτᾶς μακάρων δὲ ταρφίτων.  
Leguntur *Ibid. eod. Lib. et Cap.* sed in Te-

trastichon et Distichon dissecti: quod Distichon incipit: Εὐθάδε θεῖος ὅμηρος.

Eis τὴν ἴλιάδα καὶ ὁδύστειαν τοῦ ὅμηρου. ἀντiphiliou. In *Iliadem* et *Odysseam* Homeri. Antiphili. Octastichon incipiens:

Αἱ βίβλοι τίνος ἐτέ· τι κείθετε· θυματέρες μὲν.  
Quod extat *Ibid. Lib. I. cap. 67.*

Ἐρώτημα ὅμηρου. Interrogatio Homeri, hoc initio: Ανδρες ἀπ' ἀρχαδίν.

Απόκρισις. Responsio, tali principio: Οος' ἐλομεν λιπόμεσθ'. Utraque Monosticho inclusa, et *Ibid. eod. Lib. et Cap.* impressa.

Φιλίσπου. Philippi. Hexastichon, cuius exordium:

Οὐραὸς ἄτρα τάχιον ἀποστέοι: ή τάχα νυκτὸς.  
*Ibid. eod. Lib. et Cap.*

Eod. averso. Τίνας εἴπη λόγοις ἀπόλλων περὶ ὅμηρον. Quæ verba dicat Apollo de Homero. Monostichon hujusmodi:

Η'ειδον μὲν ἔγαρ· ἐχάρεσσε δὲ θεῖος ὅμηρος.  
Quod propter magniloquam brevitatem bilingui Musâ exprimere placuit.

*Ipse ego dum canerem, dius scribebat Homerus.*

\*\*\*  
Yo cantaba; y lo que oia,  
El sacro Homero escribia.

Græcum verò Monostichon *Ibid. eod. Lib. et Cap.* invenias.

Eis εἰκόνα ὅμηρον. In *Imaginem Homeri. Versus viginti duo*, quorum primus:

Τὶς μέλπος ὅμηρε σὺ γάρ χλέος ἐλλάδι πάσον.  
Omnes utique *Ibid. Lib. V. cap. 27.* legere est; sed in quatuor Epigrammata, unum videlicet hexastichum, tetrasticha duo, unum denique octastichum disperitos.

179. Αντιπάτρου σιδωνίου εἰς τὸν ἄντον. Antipatri Sidonii in eundem. In excusis omisso sum σιδωνίου. Versus triginta quinque, metris diversi, elegiaci, heroicæ, iambici, nullo discrimine, ita incipientes:

Oἱ μέν σεν κολοφῶνα πιθηκτειραν ὅμηρε.  
Hos quidem omnes in eundem *Lib. et Cap.* confluere videas, at novem veluti Classibus digestos. Prima unum continet Octastichon elegiacum; Secunda et Tertia constat Distichis duobus heroicis; Quarta et Quinta totidem Hexastichis elegiacis; Sexta et Septima duobus aliis heroicis Distichis; Octava Pentasticho heroicō; Nona demum Disticho iambico. Utrum verò unius sint *Antipatri Sidonit*, an aliorum, haud liquet. Certè unius Auctoris nomen cum in Msto Codice, tūm in excusis Exemplaribus præ se ferunt.

Eod.

Eod. averso. Λεωνίδου παρατίου εἰς ὅμιλον.  
Leonidæ Tarentini in Homerum. Tetra-  
stichon incipiens:

Ἄτρα μὲν ἡμαύρωσε καὶ ιερὰ κύκλα σελήνης.

Exstat Ibid. Lib. I. cap. 67.

Αλφαιου μιτυληνίου εἰς αὐτόν. Alphæi Mi-  
tylenæ in eundem. Hexastichon hoc ini-  
tio:

Ανδρομάχης ἐπιθρῆνος ἀκούομεν εἰσέπι τροίν.

Quod Ibid. eod. Lib. et Cap. reperias.

A fol. 180. ad totum usque folium 184. patet vacua litteris charta.

185. Eἰς τὰ τοῦ ἄράτου φαινόμενα. In Ara-  
ti Phænomena. Incipit: Τὸν μὲν δεῖξιν τῶν  
φαινομένων δέον ποιεῖσθαι ωρὸς τῷ νότῳ ἀντίας  
ἔχοντα τὰς ἀρκτούς. Desinit: ὅπως μιδένι σε  
λαθάνῃ τῶν παρ' αὐτοῦ ἐρημένων:-

Is in Arati Phænomena Commentarius,  
quatuor his Titulis distinguitur:

Περὶ θέσεως, De Positione (Sphæræ).

Περὶ τῶν κύκλων, De Circulis.

Περὶ τοῦ ζῳδιακοῦ κύκλου, De Zodiaco  
Circulo.

Περὶ τῶν ἀνατολῶν καὶ δύσεων τῶν ζῳδίων,  
De Orbibus et Occasibus Signorum Zodiaci.

Nihil autem aliud est quām priora duo  
Capita Commentarii Eratosthenis, alias Hippo-  
parci ad Arati Phænomena, quem Diony-  
sius Petavius Uranologii sui Parisiis An.MDC.  
editi pag. 256. et seqq. publicavit. Hunc ve-  
rò Commentarium, cujuscunque sit, ple-  
niorem in fine deprehendas, quām est Era-  
tosthenis Liber in secundo Capite, ubi post  
ultima verba ὅλης τῆς γῆς ταξίδιων μωράδας  
χεὶς καὶ β. desiderantur hæc quæ in ipso Com-  
mentario Msto sequuntur: καὶ τάδ' ὡς λό-  
γος ἐν πατέρων ὄρωρε κατὰ ἀληκάρον καὶ οὕτως  
ἔχοντα τυγχάνει. Τὰ μὲν οὖν ταπεχημένα μοι  
περὶ τῆς τῶν φαινομένων ἐσσωγοῦντας ταῦτα εἴτε.  
Ἐδὲ ὁρεώσοι τὸ συνταξίδιον, καὶ τὸν ἔξης τοῦ  
ποιήματος ὁροσαποδώσω λόγον ὡς ἔφην κατὰ  
τὸν ποιητοῦ θεμέλιον ὅπως μιδένι σε λα-  
θάνῃ τῶν παρ' αὐτοῦ ἐρημένων:-

187. averso. Statim excipit Γένος ἄράτου.  
Genus Arati. Talem hujus Poetæ Vitam,  
quum et à cæteris ejusdem Vitis, quæ im-  
pressæ circumferuntur, et ab ipsâ, quam  
supra Cod. LXI. pag. 202. edidimus, non  
parum differat, neque eruditione præterea  
vacet; operæ pretium quoque visum est ty-

(2) Hoc loco desideratur verbum φασι, vel λέγουσι,  
vel quid simile; aut reponendum ὠνόμασται ή πόλις.

(3) Primus Frater vocatur Μέγις τὸν à Suida, τὸν  
à Scriptore Arati Vita Arateo Carmini præfixæ, quod  
Scholiis Græcis ornatum Aldus edidit anno MID. in

pis, Latinâ interpretatione ornatam, evul-  
gare.

Γένος ἄράτου.

Ἄρετος πατρὸς μὲν ἐστιν ἀθηνοδώρου μητρὸς  
δὲ λιτοφίλας τὸ δὲ γένος ἀπὸ σόλων τῆς κυ-  
λικίας ὀνομάσθαι δὲ τὴν πόλιν (2) ἀπὸ σόλων  
τοῦ λιγδίου. ἀδελφὸς δὲ ἔχει λύρην τε καὶ καλ-  
λιόδαν (3) καὶ ἀθηνόδωρον ὃν φοιν εὐφράνωρ ἀν-  
τηράζει ωρὸς τὰς τοῦ ζωίου καπηλορίας. διέ-  
δωραψε δὲ παρὰ ἀντηρόνων ὃς ἐβασίλευε μακεδο-  
νίας παρελθούσης τῆς βασιλείας εἰς αὐτὸν τοῦ τοῦ  
τὸν τρόπον. Μετὰ τὴν ἀλεξανδρου τελευτὴν ἐκρά-  
τε τῆς μακεδονίας ἀριδᾶς ὁ κλιθέας φίλιστρος.  
τούτου δὲ ἀποθανόντος διεδέχετο σέλευκος ὁ νι-  
κάνωρ ὃν ἀναρεὶ πολεμάς ὁ κλιθέας κερδίνει.  
πολεμάσου τοῦ σωτῆρος καὶ εὐρυδίκης νιός ὃς  
βασιλεύει μακεδονίας ἀναρεθέντος δὲ αὐτοῦ ἡ τα-  
γαλατῶν ἀρευνταὶ μακεδόνες σωθέντη μεθ' ὃν  
βασιλεύει αὐτῶν ἀντίγονος φίλιστρου οὐ γίνεται  
πᾶς δημόποιος ὁ πολιορκητής δημιτρίου δὲ ἀν-  
τίγονος ὁ γαλατός (leg. γωνατᾶς) παρ' ὃ διέτρεψεν  
αὐτὸς καὶ σὺν αὐτῷ περσεὺς ὁ τσικῆς καὶ ἀν-  
ταγόρας ὁ ρόδιος ὁ τὴν θιβαΐδα ποίησας καὶ  
ἀλεξανδρος ὁ ἀπολός ὡς αὐτός φοιν ὁ ἀντίγο-  
νος ἐν τοῖς περὶ ιερώνυμον. ἐπισαθής δὲ τῷ βα-  
σιλεῖ ωρῶν μὲν αὐτοῦ ποίημα ἀνέγνω τὸ εἰς  
τὸν πάντα τῆς ἀρκτοδίας. εἰτ' ὀπεῖνου κελεύσαν-  
τος ἔχει τὰ φαινόμενα. ὀπεῖχεντο δὲ ὁ ἀρε-  
τος ζήνων τῷ τσικῆῳ φιλοσόφῳ καὶ γέρεαπλα  
αὐτῷ ἐπιστολὴ ωρὸς τοῦτον διώρθωσε δὲ καὶ τὴν  
οδύσσειαν. ἐγένετο δὲ σφόδρα πολυγράμματος  
ἀντρὸς ὡς μαρτυρεῖ καλλίμαχος. δοσίθεος δὲ ὁ  
πολιτικὸς ἐν τῷ ωρὸς διόδωρογενετεῖν φοιν αὐ-  
τὸν καὶ ωρὸς ἀντίοχον τὸν σελεύκου καὶ διατεί-  
φας (leg. διατρίψας) παρ' αὐτῷ γερόνον ἵκενον.  
τὴν δὲ τῶν φαινομένων ἡσθεσιν παραλαβεῖν ἐν  
αὐτῷ ὁ ἀντίγονος δοὺς τὸ εὐδόξου σύγγραμμα.  
καὶ κελεύσας ἐπεδομήσας αὐτῷ. ὅθεν πινες τῶν ἀπα-  
λωτέρων ωροσερχομένων ταῦς ἐξηγήσεον, ἔδοξαν  
μὴ μαθηματικὸν εἶναι τὸν ἀρετον. ἡσέλασον  
γὰρ μιδένι ἐπεργυτὸν τῶν εὐδόξου φαινομένων ποιη-  
σμού αὐτὸν, εἰς τὸ σύγγραμμα θεῖναι. πάντης δὲ  
τῆς γυώμης ἔχεται καὶ ἴσπαρχος ὁ βιθιώτης. ἐν  
γὰρ τοῖς ωρὸς εὐδόξον καὶ ἀρετον πέρεσται  
τοῦτο ἀποδεικνύναι. σωματορέει δὲ αὐτῷ καὶ  
διονύσιος ἐν τῷ περὶ συγκρισεως ἄρατον καὶ ὅμη-  
ρου περὶ τῶν μαθηματικῶν. Ὅστερ γέ φοιν οὐ  
τίθεμεν αὐτὸν ιατρὸν εἶναι γεάφαντα τὰς ια-  
τρικὰς διωάμεις οὐδὲ μαθηματικὸν θίσσομεν οὐκ

δὲ

fol. tūm depique ab ejusdem Vita Auctore anonymo,  
qui Petavius Uranologio insertus est. Alter verò Frater  
à duobus prioribus Καλώδης, à postremo Καλιόνης  
appellatur.

δὲ ξένον ἐπόντα τῶν εὐδόξου. Βιάζονται δὲ οὐ μετρίως· ἵνα γὰρ καὶ τὸ εὐδένα μεταφράσαι ἐπιπειρίας μαθηματικῆς εύρισκομεν δὲ καὶ αὐτὸν ἐπιμελέτερον τὰ πλεῖστα τοῦ εὐδόξου ἐπιτάμενον. Υἱὸν καὶ ὁ καλλίμαχος συνεγγίζων αὐτῷ κατὰ τοὺς χρόνους τοῦ ἀράτου σύγχρονος ἀχειρίνις (4) τῆς τῶν φαινομένων θεωρίας διὰ τὴν παρεχόμενην πολλοὶ δὲ μετ' αὐτὸν ἐγένοντο φαινόμενα χάρακτες· καὶ οὐδέμιας ἀξιούντα φροντίδος. καὶ περὶ μὲν τούτου τοσαῦτα:

### ,, ARATI GENUS.

,, Aratus Patre quidem natus est Athēnōdoro, Matre verò *Letophilā*, ortus *Solis* Ciliciæ urbe, quam urbem aiunt ex *Solone Lindio* fuisse nominatam. Fratres habuit *Lyrem*, *Calliodam* et *Athenodorum*, quem *Euphranor* tradit adversis Accusationes *Zoili* rescripsisse. Vixit apud *Antigonum* qui regnauit in Macedonia, regno ad illum ita delato. Post obitum *Alexandri Aridaeū*, qui vocatus est *Philippus*, Macedonia obtinuit. Eo demortuo, succedit *Seleucus Nicanor*, quem interficit *Ptolemaeus*, cognomento *Ceraunus*, *Ptolemai*, *Soteris* et *Eurydices* filius, qui dominatus est in Macedonia. Illo verò à *Gallis* interfecto, *Sosthenem* Macedones (Regem) eligunt, post quem iis *Philippus*, *Antigonus*, filius, imperavit. Hujus filius *Demetrius Poliorcetes* fuit; *Demetrii* verò *Antigonus Gonatas*, apud quem versatus est, et una cum eo *Perseus Stoicus*, *Antagoras Rhodius*, qui *Thebaideum* composuit, et *Alexander Aetolus*, ut ipse *Antigonus* refert, in Libris de *Hieronymo*. Quum itaque apud Regem versaretur, primum Poema suum in *Pana* (Deum) *Arcadiæ* legit; deinde, illo jubente, Phænomena conscripsit. *Aratus*, autem *Zenone*, Philosopho Stoico, usus est (doctore); et ab eo scripta est ad hunc Epistola; idemque *Odysseam* emendavit. Vir demum impensè litteratus existit, ut *Callimachus* testatur. *Dositheus* vero *Politicus* in Libro ad *Diodorum* narrat, illum ad *Antiochum Seleuci* (filium) etiam se contulisse, et apud eum satis diu fuisse.

(4) Hæc sanè verba spectant ad *Callimachi Epigramma de Hesiodo* ejusque imitatore *Arato*, in *Grevianâ Editione XXIXum*. Id vero, tanquam indubitate corruptum, emendat ibidem *Bentleius* cùm ex ingenio suo, tūm ex *Luce Holsjenii* Lecture è MS. Codice petitâ, ipsius *Bentleii* judicio verâ, quæ pro σύγχρονος ἀχειρίνις, ut laudata præfert Editio, et σύγχρονος ἀχειρίνις, ut idem Epigramma apud Auctorem anonymum *Arat.*

,, se commoratum. Eo porrò tempore *Antigonus* accepit (ab *Arato*) Phænomenon opus, ipsumque *Eudoxi* opere donavit, atque asseclam sibi esse jussit. Quamobrem delicatiores quidam Commentariorum Scriptores *Aratum* non esse Mathematicum duxerunt, rati nihil aliud ipsum præter *Eudoxi* Phænomena ad opus comprehendendum adhibuisse. In eadem quoque sententiâ est *Hipparchus Bithynus*; hoc enim in suis ad *Eudoxum et Aratum* Commentariis demonstrare conatur. Illi etiam assentitur *Dionysius* in Libro de *Arati et Homeri Comparatione in rebus Mathematicis*: qui, non ipsum, inquit, Medicum esse existimamus, qui de Medicis facultatibus scripserit; neque Mathematicum censebimus, neque novi quid ex *Eudoxi* scriptis dixisse. Eum verò immoderatius quidem insectantur; Mathematicæ enim peritia fuit, aliâ orationis formâ interpretari calluisse. Ipsum quoque *Eudoxi* plurima exactius intelligentem inveniemus. Jamque olim *Callimachus*, illi tempore proprior, (cecinit) *Arati acris lucubratio*, nempe Phænomenon Speculatio per observatōnem. Multi denique post illum de Phænomenis scripsere; sed nullo prorsus studio digni censemur. Atque de illo quidem hæc.,

Quum verò in hujus *Aratei* Generis Interpretationem nonnullis sanè locis anticipitem ac salebrosam incumberem, subiit animum vetus quædam ejusdem Interpretatio, quam *Cod. LX*, hujusque Voluminis pag. 204. commemoravi, atque è Græco sermone factam fueram suspicatus. Ergo rei comperiendæ avidus, statim adii, legi, contuli. At neque me vel memoria, vel suspicio fecellit; per ejus enim Scriptionis ineptias, rusticitatem, barbariem; per alienos, contrarios, nullos etiam sensus; per dimidiatas periodos, aut multilas locutiones probè transpexi eam è Græco hujusce *Aratei* Generis fonte omnino derivatam.

Verū tot licet scatentem vitiis, non ab re tamen fore judicavi è tenebris educere in lucem, nostræque Interpretationi sub-

ii Vitæ *Petaviano Uranolio* insertæ, ac noster ipse *Codex* habet, hæc verba substituit: σύγχρονος ἀχειρίνις. Itaque ex *Callimacho* in *Arati* gratiam hic allegata τοῦ ἀχειροῦ σύγχρονος ἀχειρίνις, sic videntur, quod Carminis ratio sensusque constet, restituenda: Αχειροῦ σύγχρονος ἀχειρίνις; atque horum quidem sententiam interpretatione nostrâ exprimere studuimus.

subjugere, eò impellentibus non levibus rationum momentis. Primum quidem ut ex illius editione, quippe nonnulla continentis, quæ in Græco Exemplari desunt, alia Græca nostro uberiora fuisse pateat. Deinde, ut quingentis major annis Testis prodeat, quæ Grætam hujus Vitæ asserat antiquitatem; tūm dominantis illo Sæculo Græcarum Litterarum inscritiæ adsit certissima Index; postremò rudis, absurdæ, deridenda Interpretationis Specimen extet præclarissimum.

Quod ad illam transcribendam pertinet, hæc à me observata monitum velim. Quam vetus Latinus Codex scribendi rationem exhibet, eadem prorsùs retenta; si tamen vel Scripturæ compendia, vel Dictionum male copulatarum injūsta connubia excipias: idem ubique summā fide expressus interpungendi mos; nisi quod insolentem distinctionis Notam, quæ ibi Puncti et Virgulæ curvæ dextrorsum inclinantis superpositæ speciem præbet, supplendam curavi Puncto et Spiritu lenis notâ, qualis vobis Græcis superscribi vulgo solet. Corruptæ denique et mutilæ partim Auctoris imperitiâ, partim Librarii negligentia Interpretationes, quoad ejus fieri potuit, aut oportere visum est, interpositorum vocum ope castigatae ac restitutæ; faciliorem tamen correctionem admittentibus quibusque prætermisis, ne Emendationum magis quam Mendorum multitudine Scriptio deturparetur. Quæ ita demum se habet:

### ARATI VITÆ VETUS INTERPRETATIO.

, ARATVS patris quidem est athinodori, (leg. *Athenodori*) filius. matris autem, , deltophile (leg. *Letophila*). genere uero, , de solon cœiliæ (leg. *de Solis Cœliæ*), no-, minatur autem ciuitas. de solonem lin- dium. (leg. *Solone Lindio*) Fratres autem, , habuit. larem quoque & calliodam & , athinorum (leg. *Athenodorum*) quem ait , euphranor in descriptione. ingenio fur- tim rescribere apud zoilum accusations. , Permansit autem apud antigenem re- , gem macedonum. transeunte regno in , ipsum. sicuti hoc post alexandri obitum. , optimuit macedoniam arideus qui cognosc- , minatus est philippus. Isto autem defun- , cto. successit seleucus uictor. quem in-

, terfecit ptolomeus. fulminis cognomi- , natus. saluatoris & euridicis filius. qui , regnauit in macedonia. Perempto autem , illo. a galitis (leg. *Galatis*, sive *Gallis*) si- , bi elegerunt macedones. ostenebant (leg. *So- sthenen*). Post quem. regnauit in eis an- , tigonus philippi. cum fit (leg. *cujus fuit*) , puer demetrius obsessor. Demetri autem , antigonus geniculosus. apud quem fre- , quentabat ei. perseus stoicus. & ante- , goras. rodius. qui thebaïdam fecit. & , alexander. etolus ut ipse ait antigonus. , apud quem ieronimus. assistens quidem , regis. primum uero illi carmen ex apud , pana arcadiensem. Idem ipse iuente. , (leg. *ipso jubente*) scripsit ea quæ uiden- , tur. (nempe *Phænomena*). Frequentabat , autem aratus. ad zenonem stoicum phi- , losophum. & scribitur epistola. apud , eundem didicit quidem & odisseam. ut , grecaustius inquit quasi præsidens ab im- , peratore. & hiliadum (leg. *Iliadem*) scri- , psisse. seu omerum dirigere. Viciatum , autem illum. a compluribus. factus est , autem multum litteratus uir. testatur cal- , limachus. assistens ei ab infantia. pro- , pter paxipanem (leg. *Praxiphanem*) mi- , tilenum. Dositheus autem pelusinus. in , quo apud diorum (leg. *Diodorum*) ueni- , re inquit & apud anthiochiam. seleu- , cium. (leg. *Antiochum Seleuci*) & per- , manere ad eum tempore sufficiente. ea- , rum quoque quæ uidentur (*Phænomena*) , subministrationem accepit ei antigenus. , dans illum eudoxi conscriptum (id est, , opus). & iuens adhærere illi. Vnde qui- , dam de mollibus recensionum. putau- , runt non mathematicum esse aratum. sus- , cepit enim nichil aliud quorum eudoxi ui- , dentur facere illum in conscriptum reponi. , Huic autem conscientiæ. (leg. *consentiens*) , habetur et ypparchus bythineus. in quibus , enim apud eudoxium & aratum. probat , hoc declarasse. Consentit autem ei & dio- , nisius. (supple in comparatione) arati & , omeri. de mathematicis. sicut non po- , nimus illum medicum esse. quod scri- , beret medicinales uirtutes. neque mathe- , maticum ponamus. Nichil mirum dixi- , se. quibus eudoxus uim. moderatus erat , enim. et scire magnum loqui pericula ma- , thematice reperimus illum et super. \*\*\* Finis desideratur.

188. averso. Arati Genus Græcè supra de- scriptum consequitur, nullo interposito spa-

Hh tio,

tio, nullo præmisso titulo Auctoris nomine indicante, *Eratosthenis Cyrēnai Catasterismi*, qui *Opuscula inter Mythologica, Physica & Ethica superiùs allegata excusi pag. 99. et seqq.* tèperiuntur.

His autem Titulis Mstum Opus distin-ctum legas.

**Αρκτος μεγαλή.** Ursa Major. Incipit: Ταῦτη ἡσίοδός φησι λυκάρχος θυματεῖ εἰς ἀρκαδίᾳ σίκεν.

**Αρκτος μικρά.** Ursa Minor. Incipit: Αὕτη ἐστὶν ἡ μικρὰ καλουμένη.

189. **Δράκων.** Draco. Incipit: Οὐτός ἐστιν ὁ μέγας τε καὶ δὲ ἀμφοτέρων τῶν ἀρκτῶν καὶ μενος.

Ο ἐν γύναισι. Engonasi, vel Engonasis, alias *Ingeniculus*, sive *Genu nixus*. Incipit: Οὐτός φασιν ἡρεψῆς ἐστιν δὲ ἐπὶ τοῦ ὄφεως Βεβηλῶς.

Eod. averso. **Στέφανος.** Corona. Incipit: Οὐτός λέγεται δὲ τῆς ἀειάδην.

**Οφιοῦχος.** Serpentarius. Incipit: Οὐτός ἐστιν σκορπίου ερηκώς.

190. **Σκορπίος.** Scorpius. Incipit: Οὐτός διὰ τὸ μέγαθος.

**Αρκτοφύλαξ.** Arctophylax. Incipit: Περὶ τούτου λέγεται δὲ ἀρκάς ἐπιν.

Eod. averso. **Παρθénos ἀρκτική.** Virgo Arctica. Vox ἀρκτικὴ deest in excisis. Incipit: Ταῦτη ἡσίοδος εἰς θεογονίᾳ ἔργῳ θυματεῖει δίδις.

**Δίδυμοι.** Gemini. Incipit: Οὐτοὶ λέγονται διόσκουροι εἶναι. Desinit: δὲ καλέται τείπους, pro quo recte in excisis φέρονται.

191. **Καρκίνος.** Cancer. Incipit: Οὐτός δοκεῖ εἰς τοὺς ἄτροις πεθῆναι. Desinit: καταειθμούμενος εἰς τοὺς Ἡρακλίους.

Οναν καὶ φάτνη. Asellorum et Præsepis. Incipit: Οπεὶς γίγαντας ἐφρατεύοντο οἱ θεοι.

Hac duo Capita in excisis coeunt in unum. Prius vero post vocem ζωδίοις mutatum est, à verbo scilicet καλοῦνται ad δότη.

**Λέων.** Leo. Incipit: Οὐτός ἐστι μὲν τῶν ἐπιφανῶν ἀτέρων.

Eod. averso. **Ηνίοχος.** Auriga. Incipit: Τοῦτο λέγουσι δὲ ὁ Ζεὺς ἡδὺς τερῶν εἰς ἀνθρώποις ἄρμα ζεύξαντα εἴσπων. Initium Mstum sive mutatis, sive trajectis verbis ab impresso discrepat aliquantum.

192. **Ταῦρος.** Taurus. Incipit: Οὐτός λέγεται εἰς τοὺς ἄτροις πεθῆναι.

Eod. averso. **Κηφέus.** Cepheus. Incipit: Οὐτός εἰς τάξει τέτατο (leg. τέτακτο) τέταρτος.

193. **Κασιέπεια.** Cassiepeia, alias *Cassiopea*. Incipit: Ταῦτη ἴσορεὶ σοφοκλῆς ὁ περιγωνίας πεπτὸς εἰς ἀνθρομέδα.

**Ανθρομέδα.** Andromeda. Incipit: Αὕτη καταταῖ εἰς τοὺς ἄτροις διὰ τὴν ἀθηνᾶν.

Ιππότης. Equus. Incipit: Τούτου μόνου τὰ ἔμφατες φαίνεται ἡσις ὅμφαλον.

Eod. averso. **Κρίος.** Aries. Incipit: Οὐτός διφίξιον διακομίσας καὶ ἥλλων.

**Δελτωτόν.** Deltoton. Incipit: Τοῦτο ἐπιτάσσεται μὲν τὴν αιφαλὴν τοῦ κριοῦ καὶ μενον.

194. **Ιχθύες.** Pisces. Incipit: Οὐτοὶ ἂν τοῦ μεγάλου ἰχθύος ἔγγονοι.

**Περσέας.** Perseus. Incipit: Περὶ τούτου ἴσορετα (in excisis ἴσορετα) ὅπερ εἰς τοὺς ἄτροις ἐτέθη.

Eod. averso. **Πλειάς.** Pleias. Incipit: Επὶ τῆς ἀποτορῆς τοῦ ταύρου.

**Λύρα.** Lyra. Incipit: Αὕτη συνάπτη καταταῖ εἰς τοὺς ἄτροις.

195. **Κύκνος.** Cygnus. Incipit: Οὐτός ἐστιν δικαλούμενος μέγας ὃν κύκνῳ εὐκάλυπτοι.

Eod. averso. **Τυροχόος.** Aquarius. Incipit: Οὐτός δοκεῖ κακλῆσθαι ἀπὸ τῆς φράξεως ὑδροχόος.

**Πάν.** Pan. Incipit: Οὐτός ἐστι τῷ εἴδει ὅμοιος τῷ ἀγρὶ πανι (leg. ἀγρίπανι).

196. **Τοξότης.** Sagittarius. Incipit: Οὐτός ἐστιν δὲ τοξότης ὃν οἱ πλεῖστοι λέγουσι κένταυρον εἶναι.

Eod. averso. **Τόξον.** Sagitta. Incipit: Τοῦτο τὸ βέλος ἐστὶ τοξίκον.

**Αετός.** Aquila. Incipit: Οὐτός ἐστιν δὲ γανκικήν ἀνακομίσας εἰς οὐρανὸν τῷ διὶ.

**Δελφίν.** Delphinus. Incipit: Οὐτός εἰς τοὺς ἄτροις λέγεται πεθῆναι.

